




ÆSOPI
VITA
ET
1479
DI FIRENZE
58



CITTÀ D
BIBLIOTECA
LANDAU
INC.
NAZIO









8006


CITTÀ DI FIRENZE
BIBLIOTECA
LANDAU FINALY
INC. 58
CENTRALE
NAZIONALE



Vita Esopi fabulatoris clarissimi e greco latina per Rimicium facta ad Reuerendissimuꝫ patrem dñm Antonium tituli sancti Chrysogoni presbiterum Cardinalem. Et primo prohemium.

Quas nimirum merces Reuerendissime patꝫ: sed haud ignauia opū pōdera: nuper e grecia in latium conuexi: Vitam scilicet Esopi fabulatoris clarissimi: ac eius fabulas: quotquot ad manus meas usqꝫ puenerūt Quae si equum sortientur licitatorē: non dubiū est: quin emptorē facile repiant. Nam ex omnibus: quae hactenus ex grecarum opulentia litterarꝫ in romanae oratiōis thesaurū his tēporibus sunt trāslata: nihil aequae utile uitae mortaliū nec aequae appositū ꝓsperis adūsisqꝫ rebus: q̄m dicta: gestaqꝫ Esopi: licet humilia sint: ferme cōperiet. Quippe ea reꝝ series iest: ut aduersa quidem leuet et prospera moderetur. Ioci uero ac cauilli multiplex uarietudo: aīos languētes recreat. et ad laboris ꝯfert cessationē. his accedit: ꝙ ad acritatē īgenij: nō parꝝ adiumēti quiuis facile comperiet. Sed cum hīcinde animū uerto: ac mēte sigula conspicio: qui legitimus huiusmodi studijs licitator hoc nostro tēpore detur: haud facile uideo. Quippe apud maiōes nostros: pncipes litteris auctōitatē praestare ꝯsueuerūt. hi uero seculis nostris ita rebus alieīs intēdūt: ut quod ꝓprium suum est: iamdiu ex animo

deleuerit. et si q reperiunt: hi ita tenui fortuna et angusta siti sunt: ut uix intra domesticos eluceāt parietes. In hac tamē proboꝝ caritate licitatoꝝ tuā dominatione dignā iudicaui: cuius auctoritati hunc meū laborē comitterē: qui inter caeteras domi forisqꝫ ecclesiae romanae occupationes: quicqd ocij datū est: id totum legendo consumis. Experiatur igitur queso dominatio tua: qd iste meae locubrationes hominibꝫ nostris afferāt cognoscere. Nam tuā expetunt auctoritatem: sine qua in aures publicas ꝑdire nō ausint. Sed haec iam satis. Nunc ut res clarius legētibus pateat: loco argumenti pauca sugessi.

¶ Argumentum.

Uitā Esopi fabulatoris clarissimi his longioribus noctibus simul cū fabulis feci latinā: ac romano sermone ita instructā: ut sine molestia legi: et cū facilitate possit intelligi. In hac uita duo tēpora precipue notanda sunt. Primū tempus est: quo seruitutem seruiuit. Alterum uero est: quo se in libertatem uendicauit. In utroqꝫ quaedam scribuntur: quae fabulaꝝ hn̄t effigiem. Veꝝ enim: siue ficta: siue sint uera: hoc enim legentium arbitrio relinquo: tātum fuci ac saporis continēt in se: quod haud insulsa se exhibent paulo accuratius legētibus. Quare si qs hoc opus trite diligēterqꝫ legerit: huiusmodi lectio animum suum suasqꝫ aures nimiū delectabit.

¶ Incipit uita Esopi.

QVi p̱ oẽm uitã uite ſtudioſiſſimus fuit. Is fortu
na ſuus. natiõe phrygius ex ãmonio phrygiae
pago fuit Eſopus uir praeꝫ caeteros faciẽ lõge defor
mis. Nam magno fuit capite: acutis oculis: nigro
colore: mallis oblongis: breui collo: ſuris craſſis:
magnis pedibus: bucculentus: gybberoſus: atque
uentroſus: et quod deterrimum erat lingua tardus
atqꝫ blactero: ſed technis aſtu et cauillationibus ſu-
pra modum praeditus. hunc ad ſeruitia urbana cum
herus inutilem cenſeret: ad urbana ruſtica pro foſſo
re tranſmiſit. Vna igitur dierũ cum herus rus profi
ciſceretur agri curator de ficubus collegit: ac agri
domino praeſentauit: inquiens cape de primotinis
agroꝝ tuorum fructibus. At ille letus: per ſalutem
ait: pulcherrimae ſunt ficus: iubetqꝫ ſeruo ſuo noĩe
Agathopus: ut illas caperet: cuſtodiretqꝫ uſqꝫ dum
e balneo rediret. Eo tempore contigit quod Eſopus
ab opere ueniẽs: quotidianũ ſibi dari panem petijt.
Agathopus cuius cuſtodie ficus commiſſe erant: cũ
ex illis duas guſtaſſet: ait altero de ꝯſeruis: niſi he-
rum uererer: ficus iſtas ad unum comederem. At
ille ait: una tecum manducare me uelis: uiam dabo:
qua nihil mali patiemur. Tunc ait Agathopus:
quo pacto id fieri poterit: at ille inquit: hero cum
uenerit dicas: quod Eſopus ab opere ueniens: illas
manducauerit. Eſopus cum linguae tarditate / ſe de
fendere nequiuerit / uerberibus quidem caederetur:

Nos uero nostrũ implebimus desideriũ. his sic inter se cõpositis: dũ ficus singillatiꝫ mãducant: inter se inquiũt. ueh tibi scapulisqꝫ tuis miser Esope. Atqꝫ ita interloquendo: ficus omnes comederũt. Herus a balneo reueniens petit ficus sibi apponi. Ei agathopus ait. Mi here: Esopus ab opere ueniens: cum penu reseratum reperiret: id ingrediens: nulla habita ratione / ficus omnes mãducauit. Quo audito herus ira concitus: ait quispiam ad me euocet Esopum. Is cum uenisset: herus ait / dic mihi serue neq̃ꝫ: eatenus me ueritus es. quod ficus penu mihi repositas ausus es comedere. Esopus his dictis trepidus: cum propter linguae nodositatem fari nequiret: coniectans id quod res erat: oculos iecit in eos / qui coram aderant delatores: iussus deinde denudari / ad heri pedes procidens / ut potuit punctum temporis sibi dari exorauit. Exinde cursim uas aquae calide: quod apud ignem extabat / capiens: atqꝫ aquam in peluim infundens: ebibit. parum post digitis in ore positis: aquam duntaxat emisit: Nam eo die praeter aquam illam nihil adhuc gustauerat. tum rogauit: ut delatores sui pari modo aquam biberent. qui cum ebibissent nequid euomerent: manum ori tenebant. Sed stomachus cum iam áquae calore esset dissolutus simul cum aqua ficus emisit. Quod herus aspiciens: ad illos conuersus ait. Quidũ mẽtiti estis in hũc qui loqui haud potest. iussitqꝫ illos denudari: ac uirgis

in publico caedi. Inges qſquis in aliũ qppiã dolo fue
rit cõtecbnatus: pari mercede coriũ eius erit ornatũ.
Ac die ſequẽti in urbẽ reuerſus eſt. At Eſopus cũ in
agro foderet: ecce iſidis ſacerdos: qui abreta urbem
uia errauerat: Eſopũ adiens rogat: ut quae ducit in
urbẽ uiam ſtratã ſibi demonſtret. Eſopus leto uultu
illum manu ducens: ſub arbore fici conſedere fecit.
tum ei de pane. oleis. ficubus. ac dactilis appoſuit.
utq; manducaret. bortatus eſt. tum ad puteum profe
ctus: aquam bauſit: illiq; bibitũ obtulit. deinde ma
nu praebendens: in uiã ſtratã pduxit. Quo facto ſa
cerdos leuatis ad caelum manibus: pro Eſopo preces
effudit: ceu pro eo a quo tam libere fuerat acceptus.
Eſopus agrum rediens: cum iam eſtus ſuffatio eſſe;:
ut moris eſt: ſub ũbra obdormiuit: deã uero boſpita
lis Eſopo in ſomnis aſſiſtens: largita eſt ſapiẽtiã: ac
linguae acuitatẽ: nec nõ plurimarum: uariarumq; fabularum
inuẽtionẽ: ceu illi qui ſibi deuotus ac boſpitalis erat.
Eſopus ſomno excitatus: ſecum ait baud dulciter qui
eui: ſed belliſſimũ ſomnũ ſomniaui. Ecce ſine impedi
mẽto loquor: et quae uideo: ſuis nominibus appello.
Vt eſt raſtrũ. bidens. Aſinus. Bos. Currus. per
deos ſingula nominatim teneo. unde buius notionis
gratiã tã ſubito accepi: pietatẽ enim: qua in boſpites
plurima ſu; uſus: deo gratiã fuiſſe arbitror. Quippe
qui recta agit: Is ſpes optimas animo ſemper capit.
Igitur letabundus accepto iterũ raſtro agrum fodere

coepit. Sed cũ agri curator ad operã reuersus: unum de seruis acrit̃ caederet: Esopus id moleste ferẽs: uillico ait. Cur hunc de nihilo tã acriter caedis: ac singulis horis: nos abs re caedẽdo īterimis: nihil operẽ ipse faciẽs: haec tua in nos seuitia: ut hero nota sit: certe uidero. Haec audiẽs curator nomine zenas admirãs Esopũ iã iam loquentem: et sibi se opponentẽ: secũ ipse ait. preueniã ac mihi uidebo: ne hic scelestus apud herũ me crimiaret: et a uillicatiõe depositus essem statimq; assũpto iumẽto in urbẽ pficiscit: heroq; ait. Mi here plurimũ salue. At ille inqt. Ecqd eo trepidus aduenis. Et zenas ait: nuprime in agro tuo res longe monstruosa contigit. Quid ille inquit: nunqd arbor ante tẽpus fructũ pduxit: aut quadrupes praeter naturã peperit. Et zenas minime ait. Sed seruus ille scelestus Esopus clare loqui occepit. Tunc herus sit in rem bonã: inqt. hoc eatenus monstruosum uidet. Et zenas eatenus ait. haud mirũ inqt herus. uidemus quãplures: cũ irascunt: prae ira loq nõ posse: sz cũ ira deferbuit: expedite oĩa fari. Tunc ait zenas here supra hominẽ loqt. mihi qdẽ ɔtũeliosa dic. te uero: ac deos: deasq; cẽs ph nefas: acrit̃ ipieq; blasfẽat. Tũc herus ira pcitus inqt. zena abi rus: & quod uis de illo facito: caedito: uẽdito: pdito: dono illũ tibi do: zenas in scriptis donatione accepta: rus ueniẽs: ait Esopo In mea nũc es potestate: nã herus te mihi ɔdonauit. Et qa linguax nequãq; es: omnino te uedũdari uelim

Forte fortuna ꝯtigit qđ mercator qdā: q seruos eme-
rat rus illud ꝓficiscit̃: ut iumēta p̄cio ꝯduceret: ꝓ dē
portādis Ephesum seruis. Is cum zenae obuiasset qui
sibi notus erat illum salutauit ac de iumētis rogauit.
Cui zenas inqt: nec p̄cio nec alia ratione iumēta ibi
repiri posse: sꝫ seruū se habere specie nō isulsū et aeta
te cōmodū si illum emere uelit. Mercator ait se cupe
illum uidere. Tunc zenas Esopum acciuit ac Merca
tori ostendit: quē Mercator eo deformem intuēs: uñ
haec olla aut radix harūdinis ait. ꝓdigiorꝫ pugnae
tubicen esse uidet̃. uaueh. si uoce caret utrē iflatū esse
putarē. huius spurcitatis gratia me huc a uia recta du
xisti cēsebā quippiā scitū elegāsue ēptū uenire. Hisqꝫ
dictis ad uiā suā diuertit. hunc Esopus secutus ait:
mane pauxillulū. At mercator inquit noli me remora
ri. Quippe nihil cōmodi ex me consequi potes: naꝫ
si te emerē mercator prodigiorꝫ uulgo appellarer. At
Esopus ecquid huc uenisti ait. Ei mercator inquit
ueni quippiam elegans emere posse cogitans. Sed tu
nimiū es sordidus ac deformis ⁊ huiusmodi mercibus
haud indigeo. Tūc ait Esopus si me mercaberis nihil
oberit tibi. Tum mercator ait Esopo: Qua in re
mihi prodesse quires. At esopus ait: Non habes do
mi aut in uenalicio pueros uociferātes lasciuientesue
me emas et pedagogū illis cōstituas: quippe q̄m lar-
uam: me plus reformidabunt. Tunc mercator Esopi
uerbis stimulatus ꝯuertēs se ad zenam inquit. quanti

hanc spurcitiã . zenas ait . da tris obolos : siue trigi
ta asses nã certo scio neminé fore qui hunc mercaret̃ .
Mercator soluto precio una cũ Esopo in oppidũ pro
fectus est: ut uero uenaliciũ intrauit : Ecce duo puuli
in matris gremio residentes ut Esopũ uiderũt territi
uociferarũt ac uultus i sinu matris abscóderũt. tũc eso
pus mercatori ait: iã tenes argumétum pollicitatióis
meae. puuli népe isti ut me uiderũt uisi sũt laruã ituі
tos esse. at mercator surrides inqt Esopo i intro ac tu
os salutato ꝯseruos Esopus patré iterioré ingressus
ibiqꝫ pueros speciosos ac puros itués ait . Saluete cõ
serui boni . Illi auté ispecto Esopo secũ inqũt . Per so
lé atrũ spectaculũ spectamus . Quid sibi uult herus
noster ꝯ deformius corpusculũ hactenus haud emerit.
Exide Mercator tricliniũ igressus ait pueris illis: Ve
straꝫ gemite fortunã : Naꝫ nec iuméta repio uenalia
nec pcio ad uecturã diuidite inter uos fasciculos istos
ut fieri põt ac uiaticũ: naꝫ die crastino eundũ est ephe
sum. Cuꝫ pueri onera inter se bini diuiderẽt. Esopus
ait illis: boni cõserui quoniaꝫ (ut uidetis) et minor et
debilis sũ onus q̃mleuius mihi assignare uelitis : At
illi inquiũt : Ex quo non uales nihil feras . Et esopus
ait . Cum uos omnes laboretis haud cõuenit solũ me
hero exhibere inutileꝫ . Tunc illi inquiũt. Quod uis
cape. Esopus singula ꝯspiciés quae deportãda erant:
scilicet saccos stramenta atqꝫ canistros : Canistrum
unum pane honustũ qué bini ferre parabant cũ intue

tur inquit: Huc mihi cōcedatis. At illi dixerūt nihil stultius hoc hoīe qui eū leuius rogauerit grauius sibi onus delegit morem sibi geramus. Esopus igit Canistro panis accepto cū longe alios praecederet cōserui illum intuentes simulq; admirantes inquiunt. Hic ad laborem haud est segnis: nos sane omnes in deportādo praecedit. preciū suū iam saluum fecit quippe iumētū cū ipso onere portaret. huiusmodiq; uerbis Esopū deridebant: cū ipsi unū duntaxat onus bini deferrēt. Verum ad ascensum quēdam cū Esopus praeuenit deposuit ab hūeris canistrū ac rursū manibus dētibusq; illum aprachendens minori cum labore cliuū ascēdit: ac in diuersorium ante alios se recepit. Sed cum omnes applicuerunt Mercator iubens ut parum quiescerent ac cibo se recrearent ait Esopo qui panē portabat da istis de pane ad mādicandū. At Esopus tātū panis singulis distribuit quod canistrus restitit fere semiuacuus. Sed cū iam surgerent ac iter arriperent Esopus onere leuior longe priusquam reliqui ad mansionē puenit. Vespereq; facto panē rursum distribuens cōseruis canistrum euacuit. Die postero cum demanicarent: Esopus uacuo canistro ambulans ceteros eo lōge precedebat quod dignosci iam nequibat eum intuētes cōserui nec putantes esse Esopum alter alteri inquiūt. Ecquis ille qui nos tanto anteit. nunquid nostras an peregrinus: eorū quispiam ait: nō uidetis quo pacto hic pomilio nos astu supauit. Quippe nos stramēta

caeteraqꝫ onera quae i itinere nō assumūt ferētes eun
do laboramus: At ille callidus quae dieti ꝯsumūt pa
nibus sumptis nūc uacus et sine onere pergit. At cuꝫ
ephesum ueniūt mercator uenale apud forum eos pro
posuit ac uendidit nec paruꝫ lucri fecit. tres solū uēdi
nequiuerūt. hi fuerūt grāmaticus psaltes atqꝫ esopus
Quidā mercatori notus ait illi. Si hos seruos samū
deferas ibi ex sentētia uenundabis quoniā ibi est phi
losophus qdā noīe Xanthus ad quē perplures ex gre
cia cicladibus sporadibusue discendi studio ꝯcurrunt
His dictis mercator suasus samū nauigat dein psaltē
cum grammatico nouas stolas indutos apud forum
uenale constituit. Esopum uero quia specie turpissi-
mus erat solum cilicio amictum in medio amborum
statuit qui longe formosi erāt. omnes qui intuebant
esopum eius deformitate stupebant dicentes: unde lu
tificum hoc portētū nempe hic deformitate suas alios
obūbrat. Esopus uero sentiens ridicularijs se uerbis
ludificari stabat audax et omnes torue conspiciebāt.
Xanthus philosophus domo egrediens forꝝ mercato
rium proficiscit ac sursuꝫ deorsumqꝫ obambulans cū
illos duos pueros specie decoros conspicatur ac ī me
dio ipsoꝝ esopū admiratus mercatoris inscitiaꝫ inqt.
Vaueh hominis astutiā appropinquāsqꝫ uni illi illoꝝ
ait: cuias es tu: tū ille inqt suꝫ natione capadox. Et
Xanthus quid facere scis ait. At ille quoduis inquit.
Quod cum audiuit esopus effusius risit. Scbolares

qui cum Xantho erant cōſpicantes Eſopum ita effuſe
ridere ac ridendo dentes aperte oſtēdere uiſi ſunt mō
ſtrū non hominē intueri ac inter ſe inqunt. Ecquid
uterus dentes habet: alter ait: qd uidit quod tā affatiꝫ
riſit. alius iteꝫ ait non ridet ſed alget rogemus ipſuꝫ.
Accedēſqꝫ unus ait Eſopo dic ſodes ſcite pueꝛ cuius
rei gratia tā large riſiſti: ei inqt Eſopus. bōbax. quid
malum bombax ait ille. tū inquit Eſopus. abi i malā
cruceꝫ pecus thalaſſica. ſuffuſus ille rubore ſcholaris
tacitus eueſtigio abijt. caeteꝝ Xāthus mercatoꝛi ait.
quāti pſaltes cui mercatoꝛ iqt mille nūmuꝫ quod pciū
Xāthus nimiū exiſtimās accedit ad aliū ⁊ ait cuias es
tu: At ille inqt: Lydus ſum. Tuꝫ Xāthus qd rei fa
cere ſcis: ait. At ille quod putas iqt. hoc audito ruꝛ
ſuꝫ largiꝰ riſit Eſopus. quē ridere cū intuēt ſcolares
inquiunt ecquid hic ad omnia ridet: unus alteri ait.
Si uis hyrcus appellari thalaſicus cauſam riſus ipſū
roga. Xāthus uero mercatoꝛi ait. Quāti grāmati-
cus: cui mercator inquit. Trer mille. Quo audito
Xāthus tacuit atqꝫ retro uerſus abijt Tūc ſcholares
Xantho inquiūt praeceptor ſerui illi num tibi placēt:
Quibus Xāthus ait. Imo ſed lege cautū apud nos
eſt quod tanti unū emi nō poteſt mancipiū. Nā ēptor
eſſet graui pena obnoxius. Tunc unus e ſcholaribus
inquit. Ex quo formoſi emi lege nō poſſunt emas eū
quo non eſt deformior alter. Quippe eadem ſeruitia
tibi exhibebit ⁊ nos ꝓ eo preciū dederimus. Abſurdū

id esset ait Xãthus atq3 uxor mea ita ẽ deliciosa quod haud pateret a tali seruo sibi deseruiri. At scholares item inquiũt. Magister tua praecepta perplura sunt quibus mulier sine controuersia aquiescet. Tũc Xanthus ait. prius ex ipso queramus qd facere didicerit ne precium per incuria3 perdiderimus. Et conuersus ad Esopu3 ait. Salue puer. Esopus inquit queso ne mihi molestus sis. Et Xanthus ait. Te saluto. Et ego te inqt Esopus. Xanthus ait: Omitte molestias et ad rogata responde. Cuias es tu: Inquit Esopus e carne. Et Xanthus inquit non id rogo: Sed ubi genitus. Esopus inquit in utero matris meae. Xanthus ait nec id etiam rogo. Sed quo in loco sis natus Inquit Esopus mater mea me certum non fecit quo cubili me peperit utrũ ĩ atrio an in cenaculo. Xanthus ait cedo. quid facere didiceris: inquit Esopus nihil. Xanthus ait quo pacto nihil ĩquit Esopus quoniã hi conserui mei cum se omnia facere professi sunt nihil mihi reliquerũt. Tunc scholares admirantes inquiũt per diuinam sapientiã apposite respondit. Nam qui sciat omnia haud reperitur. hac igitur causa tunc tã largiter risit. Xanthus ait dic queso uin quod te emã Inquit Esopus id est in te. quippe nemo te cogit tamẽ si tibi est cordi aperi fores marsupij et numera argẽtũ sin autem dirumpito marsupium. Tunc scholares inquiunt per deos hic ipsum superat praeceptorẽ. Xanthus ait queso si te emero ecqd aufugies. Inqt Esopus

Si id facere uellem haud te consulerem. Xanthus ait probe dicis sed deformis nimiū es: Inquit Esopus nō corporis faciem sed mentē animum ue hominis qs intueri debet: Tunc Xanthus mercatori ait: quāti hūc Inquit mercator specta me modo. tu mercis profecto es nimium inscius. Xanthus ait ecquid ista dicis. inquit mercator quia dignos te omittis et īdignū sumis cape alterum illoꝝ et hunc ualere sinas. Xanthus ait queso quāti hunc. Inquit mercator nūmuз sexaginta Scholares pretiuз mercatori dinumerauerūt et eo pacto potitus est Xanthus esopo. Telonarij huiusmodi uenditionem cum acceperunt curiose querunt quis foret emptor et quis esset uenditor. Sed cū Xanthus et mercator inter se componūt ut precium minus diceret inquit telonarijs esopus. hic qdem est emptor ille uero uenditor. quod si hoc uterqз denegāt ego assero me liberum fore. hoc cauillo telonarij subridentes teloniū Xantho largiti sunt. Dum quisqз a propria loca diuerterēt et Esopus Xanthū seqret cōtigit quod Xanthus deambulando meierit. quod ɔspiciens Esopus Xanthū pallio praehēdens here mi inquit nisi me actutum uendis abs te actutū fugio. Et Xanthus quaз obreз ait. Esopus inquit quia tali domino seruire nequeo. Xanthus ait. ecquid: inquit Esopus quia cum dominus sis: nihil uereris cū naturae requiē nō tribuis sed ambulando demingis quod si forte ad obeunda seruitia missus forem et uēter purgari expeteret opus

mihi foret id facere uolaudo. Xanthus hac queso ca usa haud mouearis. sꝫ aures erige ad ea quae dixero. Tria incommoda uitare cupiens minxi deambulans. Primum ne solis aestus cū sit meridies lederet caput. Secundo ne pedes urina ureret. Postremo ne urinae nidor nasuꝫ offenderet: haec tria incómoda uitaui am bulans dum minxi. Tunc Esopus inquit mihi fecisti satis. Caeterum ante domū iā cū essent: Xātbus ait Esopo. hic ante hostiū mane parūper dum in gyneciū uado ac herae tuae de te uerba facio. Esopus iqt. I. nihil te moror. Xanthus gynecium īgressus ait uxo ri. domina nō amplius mecum ages cōtumelijs quod semper occupē mihi pueros tuos. Ecce tibi sum mer-catus puerum ita scituꝫ quod elegantiorem hactenus uidisti neminem. Ancillae hoc cū acceperūt putātes id esse uerum quod dicebatur inuicē ꝯtēdere coeperūt atqꝫ dicere una quidem herus mihi uirum cōparauit. Altera uero: Ast ego in somnis uisa suꝫ quod despō sata erā. dū ancillae inuiceꝫ cauillantur. Vxor Xan tho inquit ubi naꝫ est hic queꝫ tantopere laudas: iube eū coraꝫ accedere: et Xanthus ait ante hostiuꝫ est. qs piam nouum emptuꝫ mihi accersat. una ex ancillis: dum aliae contendūt tacita pueniēs secū ait: ibo prae et illum pro uiro mihi uadabo. Itaqꝫ egressa hostium inquit: ubi nam est nouus mihi speratus. Esopus illi ait. Queꝫ queris ego ille suꝫ. Esopū ancilla cuꝫ aspexit tota expalluit ac territa īqt: heus lemur caedo.

Vbi est cauda. Esopus ait si egebis cauda haud tibi defecerit. Et cū uellet intrare inquit ācilla: huc haud intraueris quippe omnes cum te uiderent e domo aufugerēt. deinde ad socias regressa ait: hui p maximū malum. Ite et uidete. Altera foras proficiscens cum Esopum tam deformem conspicat᷑ inqt tuū crepitus p cutiat os. I intro caue sis ne me attingas. Esopus cū itroisset herae suae se ꝯtinuo praesentauit. Ast illa cū illū aspexit ora ꝯtinuo retrouertens Xantho inqt. monstrum pro seruo mihi attulisti. abige illum a me. Et Xanthus ait. coniunx mea sis admodū animo qe to: Nam in seruum hunc salibus usa es satis. Et illa inquit Xanthe non sum nescia te esse mei osorem et aliam tibi cupere uxorem: et quia aperte dicere nō audes ideo caninū hunc capitonē mihi attulisti: putās me prius domo abituram q̄ȝ pati me coram illū obuersari. uerumenim restitue dotem et ego abibo actutū. Tunc Xanthus ait Esopo: dum in uia eramus uerba abunde efferebas nūc ubi est opus loqui uerboꝝ nihil facis. Et Esopus inquit /here hanc tuam uxorem ex quo ita est morosa in tenebras deicito. Et Xanthus ait tace uerbero num uides me illam non secus ac me ipsum amare. Tum iquit Esopus queso tu amas uxorem. quid ni Xanthus ait. Tum Esopus altero pede quatiens pauimentū sub altiori uoce exclamauit: Xāthus hic philosophus ab uxore tenetur et cōuersus iqt ad heram. hera mea tu amabo pace tua dixerim uelis

tibi emi puerū aetate iuuenem forma speciosum scitū comptum et haud insulsum qui in balneo te spectet in cubiculo collocet pedesq; pertractet ac te nuente philosophū confundat. proh euripedis aureū os ac mentiens nihil et potissimū ubi dicit. permulti sunt īpetus maris undarum. permulti sunt quoq; impetus torrentium: difficile quiddam est paupertas: difficilia nempe rerum aliaꝝ milia multa. sed nihil difficilius ac deterius foemia mala. tu uero hera noli amabo appetere speciosos tibi pueros q tibi obsequāt̃ ne pūcto tēporis dedecus et infamiā tuo deferas uiro. haec cū illa accepisset inquit nō modo deformis sed etiā linguosus hic crucigerulus est quibus uerbis me ludificat̃. Ast ego mihi prospexero ac me permutauero. Tum Xanthus ait. Ecce tibi esope hera placata est. Et esopus ait. Non facile datur mulierē posse placari. Et Xanthus inquit. Tace de caetero. Quippe te emi ut seruias et haud ꝯtendas. Cape sportulam et sequere me ut olera emamus. Profecti igitur ad quempiā; hortū. Xanthus olitori ait. da nobis de oleribus. ortulanus uero falce assumpta betas et alia olera simul secuit atq; illa esopo tradidit. Eoꝝ cum Xanthus precium soluisset atq; abiret inqt olitor: queso magister manedū. egeo enim unū te alloqui uerbū. Et Xanthus ait. maneo loquere quid uis. Et olitor inquit. Magister olera quae diligēter serunt̃ colūturq; curiose quare tardius ueniūt q̄; quae oriūt̃ per sese et haud colunt̃. hāc phi

losoficā questioné cū Xāthus accepit nec soluere qret
ait. diuina quadam prouidentia huiusmodi res ꝑdu
cunt᷑. Quibus dictis cū Esopus affatim rideret: Xā
thus rides ne barde an derides: ait. Et esopus deri-
deo inqt nō te sed q te docuit phīlosophū. Ecqd philo
sophicoꝝ solutio est diuina prouidētia haec ꝑduci ho
mines clitellarij idem quoq3 dixissēt. Soluas tu igitur
ait Xanthus. Inquit esopus: id mihi si iubes facile
factu est. Tunc Xanthus ad olitorē ꝯuersus ait. Nō
decet philosophum qui in adiutorijs continue disserit
apud hortos enigmata soluere. sed puer hic meus qui
in his satis est scitus tibi questioné soluet quare quod
mihi ꝓposuisti ipsum roga. Tunc hortolanus ait iste
impurus litteras nouit: ueh huic infortunio meo. deī
de ꝯuersus inqt Esopo: heus puer tu haꝝ reꝝ notioné
tenes: cui esopus ait tenere arbitror. s3 esto attentus.
tu rogas q̄re quae seris et colis ea olera tardius cre-
scūt q̄3 quae spōte sua oriunt᷑ et haud colunt᷑: nūc au
ribus audi quéadmodū enim mulier uidua ex priori
uiro liberos habés cū alteri uiro nubet: alijs matꝫ: ali
is nouerca existit (Multū igit᷑ refert intꝫ filios ac pui
gnos. Quippe qui filij sunt diligéter et cū affectione
educant᷑. Qui uero priuigni non modo negliguntꝫ
ueꝝ odio persaepe habent᷑) Eodem modo terra his q
dem matꝫ est quae olera p se oriūt᷑: illis uero nouerca
quae manu hoīu3 fūt᷑. haec cū audiss3 olitor esopo īqt
Me multa molestia leuasti. gratis olerā habeas et cū

bis rebus tibi opus est huc accedas et quoduis accipito gratis. Postridie cū Xanthus in balneo se lauaret una cū qbusdam sibi familiaribus ait esopo uade domū lentē in cacabo pone et q̄ȝ potes ocius coque. currēs esopus domū īgressusqȝ penu lētis granū dūtaxat in cacabo ad coquēdū posuit parauitqȝ statim quicqd parandū fuit. post lotionē Xāthus amicis ait: hodie mecū de lente prādebitis: Quippe int amicos nō cibi elegātia sed animi uolūtas potissimū spectāda est. Itaqȝ cū domū uenissent Xanthus ait Esopo apporta nobis de balneo: Esopus statī labrū capiēs ac secessuȝ accedēs lotura illud impleuit heroqȝ suo tradidit. At Xāthus sentiēs nidorē qd hoc scelerꝫ caput ait sanus ne es. aufer hic et porta peluiȝ. Esopus ꝯtinuo peluiȝ simplicit apportauit et Xanthus iā stomacās ait ecqd pueres cis iā. Tūc iqt Esopus abs te semel mādatū est mihi ut nihil facerem nisi quantum mihi tu iusseris. Tu non dicis pone aquam in pelui laua nobis pedes para sandalia et alia quae parari opus est: sed tamē porta peluim. ecce attuli. Tunc Xanthus ad amicos ꝯuersus ait: Non seruum emi ut uidetis sed magistrū et praeceptorē. Cum igitur discumberet Xanthus ait Si lens iam cocta est nobis afferto. Esopus lentis granum quod solum ad coquendū posuerat: e cacabo coclari capiens Xantho tradidit: putans xāthus id sibi tradi: ut pciperet si cocta lens esset: lentem digitis terens cocta est ait: affer ut māducemus. Esopus ius

pro ferculo in mensa duntaxat apposuit. Ei xanthus ubi lens est ait. Esopus inqt tibi modo in cocleari tradidi. Ita granū lentis ait Xanthus. granū inquā īqt esopus. dixisti enim ut lentem coquerem in singulari: et non in plurali lentes. Tunc Xanthus aīo dubius ait ad discōbentes: hic ꝑfecto ad insaniā me rediget. Exinde ad esopū ꝯuersus ait: ne uidear amicos ludifi casse: uade eme pedes suinos quattuor: illosq; actutū coque: mēseq; appone. Esopus euestigio pedes emit et ad coquēdū posuit in olla. At xāthus causam quae rēs quo illū iure caedere posset: dū esopus alijs ītēdit negocijs: unū e pedibus traxit ex olla: illūq; abscondit. parum uero post esopus ollam inspiciens cum tm̄ pedes tres reperiret: existimās id quod res erat in stabulū descendit: et porco qui ibi erat pedē unū gladio caedit: ac sursu; rediēs posuit in ollā. Ver; xanthus uerens ne esopus si pedem nō inueniret: metu uerber; aufugeret: dum esopus inferius descenderet: in olla reposuit pedem. Esopus ubi pedes sunt cocti uacuās ollā in catinū: ecce qnq; desiliūt pedes. quam rem cū animaduertisset xāthus ait: Quid istuc esope: nuqd porcus unus quinq; pedes habet. Inqt esopus et porci duo quot pedes habēt: xāthus ait octo: sed hic sunt quinq; inqt esopus / et porcus q inferius est tres solū pedes habet. Tunc xanthus amicis ait num uobis iā dixi / quod is q̄; primū me rediget ad insaniā. Et esopus inquit nūquid scis bere quod omnia quae fiūt ac

dicunt᷑ secus q̄ꝫ recta dictat ratio/ea nō sunt mediocri
tates:tūc Xanthus cū nō haberet causaꝫ qua illū iure
caederet tacitus sedit. Postridie cum scholares apud
Xanthū in auditorio essent: unus ex eis cenā opipere
parauit: et cū cenarent: Xanthus ex epulis portionē
unam accepit: ac esopo tradidit inqens i domū ac be
niuolenti meae hoc tradito. Esopus domum abiens se
cū ipse ait: Nunc dat᷑ occasio heram ulscisci posse ex
suis in me maledictis ꝯtumelijsue: nūc liquido appare
bit:quis hero beniuolens fuerit. domū igit᷑ ingressus
ꝯsedit: herāqꝫ nomine appellās sportulā cū epulis co
rā apposuit:atqꝫ iqt: hera mea ex his epulis nihil gu
staueris. Et illa ait semper amēs et male sanus existes
Esopus inqt haec nō tibi:sed beniuolēti suae Xāthus
dari iussit/uocansqꝫ caniculam/quae domi ꝑpetuo sta
bat/iqt ueni lupa estrix/hisqꝫ epulis uētrē distēde/ac
nūc te satura.canicula cauda applaudēs epulaꝝ nido
rē secuta est. cui esopus offulatim epulas porrigēs in
quit. herus tibi/et nō alij haec dari iussit. deīde cū ad
Xāthū redisset/illi Xāthus ait/Ecqd beniuolēti meae
illa dedisti. Ei esopus tradidi inqt/et illa corā oīa mā
ducauit. Et xanthus qd dixit dum manducabat. Ait
esopus ꝓfecto dixit nihil: sed te cupere uisa est. uxor
uero Xanthi merens gemensue thalamum intrauit.
Postq̄ꝫ estū est atqꝫ potatū abunde/ꝓblemata uicissim
uaria ultro/citroqꝫ ꝓposita sunt.ex illis qspiā quaesi
uit/quo tēpore maior mortalibus difficultas icc mbet.

Esopus ingenio ꝓmptus q retro alios stabat: inqt qn̄ mortui sua qſqꝫ corpora i resurrectione regrét. Quo dicto scholares surridétes inqūt. acutus ꝑfecto puer hic est: et minie ingenio bardus: et a xantho q̄ꝫ apte ꝑdoctus. tū alter quaesiuit: ꝓpter qd est: quod cū pecus ad occidedū trahit̄ tacita sequit̄ et minime uociferat: et porcus nec se trahi ꝑmittit: sed ꝯtinuo clamat et stridet. Esopus rursum inqt: quia pecus cū solita nūc sit mulgeri /modo tonderi/facile se trahi tacita ꝑmittit / putansqꝫ se trahi ut mulgeat̄ aut tondeat̄ nō formidat ferꝝ. Sed secus est in porco / cuius nec lac / nec pili usui sunt /sed caro solū et ipse sanguis. Itaqꝫ cū trahit̄ /longe sibi metuens tantopere stridet. Tum scholares esopi dictū approbantes ad unū collaudauerūt/surrexerūtqꝫ deinde se mutuo ualefacientes diuerso itinere domum quisqꝫ abierunt. Xanthus cum domum uenit thalamū ingressus uxori merenti ꝑblādiri coepit. At illa facié auertens ait/abi atqꝫ abstine manum. Et Xanthus ait / eia mea amenitas nō decet te esse tristem uiro tuo. et illa inqt mitte me /nam hic nō maneo amplius /uoca caniculā et illi blādiaris/cui de epulis misisti ad mandncādum. Xanthus rei inscius iqt / Quid tibi attulit esopus. mihi nihil ait illa. Et Xanthus inqt /nūquid ego sum ebrius /tuā tibi portioné ꝑ esopū misi. mihin inqt illa. tibi inq̄ꝫ Xanthus ait. Et illa inquit non mihi sed caniculae ut rettulit esopus. Tunc xātus ait / ad me qſpiā accersat esopū.

b 4

Ei accedēti Xanthus ait cui epulas illas dedisti. inqt esopus beniuolenti tuae ut mihi mādasti. Et Xāthus uxori ait: Ecquid audis esopum: probe audio inquit uxor: sed dico ac iterum dico nihil mihi traditū fuisse sed caniculae: tenes dū. Et Xāthus ad esopū ꝯuersus ait: cui tradidisti: caedo furcifer. Et esopus inqt: cui ut traderē iussisti. Ait xāthus beniuolēti meae. inqt esopus beniuolenti tuae traditū est. Et Xanthus ait: ecquis est illa fugitiue. Et esopus caniculam uocans haec est tua beniuolēs inqt: quoniā mulier quē amat minime amat: nam si re minima offendit̄: statiꝫ ꝯuitiatur. furit. insanit. ac domo abit. Canis si ꝑsequaris: caedas: ꝯtundas: nunq̄ꝫ recedit: sed dn̄o item uocāti immissa inter femora cauda repens uenit: ac blandit̄. debuisti ergo dicere ferto hoc uxori: et haud beiuolēti meae. Tunc xanthus inqt uxori: tu uides clare culpā geruli: et haud meam fuisse. uerū habe animū quietū: queso nam inuenero causam: quā obrē ipm iure uerberibus caedā: At illa inqt: age secū ut lubet: naꝫ me cū nihil negocij decaetero erit. captatoqꝫ tempore domo clanculū egressa ad parentes abijt. eius abitionē cū xanthus ferret moleste: sibi inquit esopus nūc ꝓfecto uides quod nō uxor: sꝫ canicula te iure diligit. Dies uero aliquot cū domū non rediret. xanthus grauiter ferens rogari fecit/ut admodum ueniret. et cū illa nō pareret / sed in diem staret magis obstinata / inqt xāthο esopus/here esto hylari animo /efficiā ꝓfecto /

qđ sola et minime rogata domũ curriculo curret. acce
ptisq; nũmis die altero tendit in forũ: ac de gallinis:
pipionibus: anseribusq; emit. exinde trãsiẽs per uia;
ubi Xãthi uxor habitabat: idq; nescire simulãs unum
ex seruis: qui inde exibat foras: rogat si qd nuptijs ap
positum domi uenale foret. Cum ille quereret: qsna;
esset ille: qui celebraret nuptias: Esopus ait: Xãthus
philosophus die crastina ducit uxore;. At seruus ille
hoc audito stati; domũ ingressus: quae ab esopo acce
perat: uxori Xãthi renũtiauit. Illa e uestigio atra bili
percita clamitãs ac uociferãs Xãthi domũ proficisci
tur. deĩde domũ ingressa ait: hoc illud erat: quod per
seruu; improbũ me ludificabas: sed nõ efficies: quod
tibi sperasti: na; me uiua domũ istam mulier alia nõ
intrabit. Xãthe xanthe tibi inq; xãthe. Post dies
paucos cũ Xãthus auditores ad prãdiũ inuitasset ait
Esopo/emito quod sit optimũ lepidũue. Esopus fo;
abiens secũ fabulat: nũc ostendero me haud esse insul
sum in apparando prandiũ. Et cu; ad macellũ uenit:
porcinas linguas solũ emit/illasq; parauit/ac mẽsa;
apposuit. Cũ xãthus cũ auditoribus discomberet/ait
Esopo/ferto ad manducandũ. Esopus linguas appo
suit cũ acetario. Scholares Xãthũ collaudantes in-
quiũt praeceptor prãdiũ hoc tuũ est philosopia plenũ
post paululũ Xantus ite; Esopo ait/ferto aliud. Eso
pus linguas rursu; apposuit cũ oleo et pipere ꝯditas.
Tũc scholares inqũt/ueh magister lingua nobis ap-

posite apposita est : quoniã lingua acuit᷑ lingua. paꝝ post Xanthus ait Esopo:ferto aliud. Esopus iteꝝ lin guas apuosuit. Qui discóbebãt iaꝫ stomachati usqꝫ quo linguas inquiũt esope. Xãthus igit᷑ anio motus ait esopo : Ecqd babemus aliud : esopus inqt : certo nibil. Et Xãthus o sceleris caput caedo. nõ tibi dixi: id emito quod sit optimũ ac lepidissimũ. Et esopus in qt dixisti:sꝫ dijs gratias ago: quod bic nũc assũt bies pꝑhi. Ast scire abs te uelim qd melius et qd lepidius sit lingua. Quippe omnis ars omnisqꝫ doctrina ac tota pꝑhia lingua sunt ꝯstituta:ité dare:accipere:salutare: foꝝ:mercatura:gloria:musae:ꝯnubia:ciuitatesqꝫ ipe lingua efficiũt᷑. lingua boíes exaltant᷑. lingua morta liũ uita fere tota cósistit. Itaqꝫ nibil lingua melius. ni bil lepidus. nibil salubrius mortalibus ab imortalibꝫ datũ reperies. Tunc scbolares esopo applaudétes in quiũt:ꝓbe ait esopus:quare tu praeceptor errasti: qꝺ boc facinus secus putasti. bisqꝫ dictis surrexerũt abie rũtqꝫ. Die ỽo sequẽti Xãthus auditores suos se pur gare cupiés ait illis : beri nõ ex mea sed serui inutilis sentétia cenastis:bodie epulas pmutabimus:nã qd fa cturus sit corã iperabo. Accitoqꝫ esopo ait. I et qꝺ de terrimuꝫ ac mercidum inuenis id emito in cenam : bi enim omnes apud me sunt cenaturi. Esopus uero ni bil territus abijt in macellum rursum linguas emit : illasqꝫ quo antea modo parauerat:pari modo iteꝝ pa rat. Vespere auté cũ scbolares discũberét Xantbus

Esopo ait: ferto ad comedendū. Esopus linguas itē modo superiori cum acetario in mensa apposuit. tum scholares inquiunt: iteꝫ ad linguas deuenimus. Et Esopus alias linguas apposuit. Quod cum discūbētes ferrēt indigne: Xāthus Esopo ait: nō quod esset optimum lepidumue: sed quod foret putridum ac deterrimū ut emeres: tibi imperaui. uerissima sūt quae dicis ait Esopus: sed quid reperit̄ deterius ac olētius lingua: lingua homines pereūt: lingua ī paupertatē deuenitur: lingua urbes euertuntur: lingua mala oīa oriunt̄. Tunc ex discumbentibus quispiam Xantho ait: si huic intenderis: ad extremam profecto deuies insaniam: Nam qualis forma corporis: talis ei animus existit. Ei inquit Esopus: tu es aculeus nimiuꝫ improbus/et nimium acriter in seruū stimulas heruꝫ: et q̄ꝫ caeteri es lōge curiosior. Xanthus causaꝫ querēs. ut esopum caedere posset: ait fugitue ex quo pḡm appellas curiosum. I/atqꝫ adducito hominem nō curiosum. Esopus domo egressus hominem incurium si re reperire quiret circumspicit et euꝫ in uia perplures cōspicaretur: rusticum quendam secus sedentem intuēs ait illi/herus meus uocat te ad prandium. Rusticus quam obrem ab ignoto uocaretur minime quaerēs cōtinuo Esopuꝫ sequitur securus/ talaribusqꝫ lutulētis domum ingressus sine cura quapiam tacitus cōsedit. Tum Xāthus esopo ait/ecquid hoc hominis/ inquit esopus: homo non curiosus. Tuꝫ Xanthus submissa

uoce inquit uxori : domina ut Esopuz iure ulciscar: et
alij ad parendum sint promptiores: nō grauate feras
quae tibi dixero: deinde alta uoce ait: dn̄a pone aquā
in pelui : et laua pedes huic peregrino existimans q̄ꝺ
rusticus ille pudore confusus domo abiret: et Esopus
uapularet. Illa ut Xāthus iusserat peluim cū aqua ad
pedes rustici ponit. At ille non inscius quod domina
domus erat secum ipse cogitans ait : uir iste quia me
honorare uult: non seruis nec ancillis: ut pedes mihi
lauent : sed uxori mādauit: ac pedes extendēs se laua
ri permisit : lotusq3 quieuit. Xanthus itez uxori ait :
dato sibi ad bibendum. Rusticus intra se ait: et si de
ceat eos bibere prius : tamen ex quo sic uisum est sibi:
parebo mandatis : acceptoq3 poculo audacer bibit.
cumq3 pranderent : Xanthus ei apposuit piscem atq3
inquit : comede. At ille omni uacuus cura dū sapide
manducat: Xanthus euocato coquo ait: piscis iste nō
bene cōditus est : iussit coquum spoliari: ac uerberibus
caedi. At rusticus ītra se dixit: huic pisci de ꝯdimēto
deficit nihil hic nō iure caeditur : sed quid mea refert
si coquus caeditur : ego uentrē opipere explebo. xan
thus dum hospes tacitus piscē comedit : garire desijt
parum post cum placēta in mēsa apponeret: rusticus
statim in frusta instar lateꝝ caedēs xantho nō aduer
tente edere coepit. at cum xanthus aspexit ipsum taz
auide edentem : panariū euocari fecit : ipsiq3 ait. pla
cēta haec īpurissime nec mel nec piper hēt: ⁊ panarius

ait. si placenta de meis est: et non rite sit confecta: me caedito usq3 ad necem. At si de meis non est: nō ego: sed uxor tua in culpa est Xāthus ait: si hoc ab uxore procedit: ipsam comburi uinam modo faciam. accitaq3 uxore sibi annuit: ne quid respódeat: ut Esopum caedere queat. tu3 cupiam ex seruis ait: ferto de sarmentis sursum in cenaculo. statuite pyram atq3 incendite et tu Esope cape uxoré: et pyra super ut ꝯbura tur impone. hoc simulauit Xāthus existimās rusticū surgere debere: ac negocium impedire uelle. Verum rusticus tacitus secum dixit. Is abs re uxorem comburere festinat. tu3 Xātho ait. queso domine: si uxorem comburere intendis mane parumper du3 ex agro meā adduco ut ambe simul comburant. quod audiés Xanthus simulq3 admiratus firmu3 illius animū ait hic homo uere incurius est. atq3 conuersus uicisti me inquit heus Esope: Sed ista satis hactenus sint. In futurum si fideliter ac diligenter mihi seruitutem seruies q̄3 mox libertatem consequeris. Et Esopus ait. Ita me in omnibus continuo geram quod mihi iure haud succésueris. Postridie Xāthus ait esopo abi et uide si multi homines in balneo sint: nam lauatu3 si non sit multitudo accedere uelim. Esopus cum uiā uiaret praetori urbis obuiauit: qui quod seruus esset Xanthi cognoscens ait: quo tendis lepidum caput. Illi Esopus nescio sane inqͭ: deludi se putās praetor ab Esopo iussit ipsum in carcerem duci. Esopus cum

duceretur in carcerem ait. Verū dixi tibi o praetor: quod quo irem ignorabam: Nam in carcerē duci debere minime cogitarā. his dictis pretor surridés iussit esopum missum fieri. pgens igitur esopus in balneū cum magna hominum multitudo adesset: uidet intrantes et exeuntes ad lapidē offendere pedes. unus tādé qui in aditu hostij situs erat: balneū ingrediens: cū pedem ibidem offendisset: ipsum lapidem inde amouit ac seorsum posuit. Esopus domum rediés ait Xātho unum duntaxat in balneo hominem esse. Et Xāthus inquit: cape quae opus sunt: et abeamus. Ingressus igitur in balneū Xanthus ac turbā hominū cōspiciés multam indignās ait esopo: unū dixisti uerbero unū duntaxat hic adesse hominé. dixi ait esopus. nec uno plures hic in praesentia sunt. qđ si me audis: uerū esse quod dixi fateberis: lapis ille qué in angulo uides adesse: erat cū huc ueni hostij in aditu situs: omnes qui tunc intrarūt: ad ipsū pedes offenderūt: nec ide tamé amouerunt. unus duntaxat ex quo pedē offendit: ubi nunc uides: secus locauit. Illum ego hominem dico. Tunc Xantus ait: quātardus fuisti ad excusandum. Xanthus postq̄ȝ se lauit: domū reuersus: dū uétré purgaret: et esopus iuxta cū aquae urceolo stās expectaret: sibi xāthus ait: dic mihi esope: q̄ȝobré homines statim cū uentrem purgauerint: suas quisq; inspiciūt feces. Tunc inquit esopus: apud ueteres sapiés qdā cū ad secessū sedere diutius per delitias delectaret:

sensum sedendo una cuꝫ fecibus effudit. ex illo tẽpore homines huiusmodi casũ formidãtes: cũ egerũt suas semper inspiciũt feces. tu uero id formidare desinas: nam quod nõ habes: id perdere non potes. Die uero sequenti Xanthus cũ amicis discumbens ac manu poculũ tenẽs: cũ uarijs: quae ꝓponebãt problematibus turbaret: ei Esopus ait: here extat apud dionisiũ: qd crater sodalitius tres precipue ꝯtinet uires. pria qdẽ uis est ad uoluptatem. secunda ad hylaritatẽ. tertia uero ad insaniã: quare obsecro bibite leti: rebusqꝫ caeteris nunc ualere dicite. Et Xanthus uino iaꝫ madidus: tace orci et tenebraꝝ symboluꝫ. Et Esopus ait cum ad orcum ueneris: uide ne te ulciscar. Quidaꝫ ex scholaribus percipiens Xanthũ uino paulisp grauatũ ait: dic mihi praeceptor: homo unus mare totũ bibere posset. Quidni Xanthus ait: naꝫ ego ipse totum ebiberem. et scholaris inquit et si nõ biberis: qd deponis: domuꝫ Xanthus ait. Itaqꝫ hoc super ꝯuentionibus factis anulos quisqꝫ pro symbolo tradũt: ac domum abeunt. Mane autẽ facto cum Xanthus surrexisset: ac faciem lauaret: non uidens anuluꝫ illũqꝫ querens ait Esopo: scin tu: ubi meus situs sit anulus. nescio inqt Esopus: sed certe scio: quod huius domus cito hospites erimus. Ecquid xanthus ait: quia heri inquit esopus: pactus fuisti: totũ mare te bibitũ fore: quo super federe deposuisti pro symbolo anulũ. Xanthus re audita ꝑritus ait: quo pacto mare totũ bibere

possem . hoc haud fieri potest: quaeso te igitur Esope: ut quantū ingenio uales : me cōsilio iuues: ut aut uincā uel saltem federa soluam . Esopus inquit : uincere nō potes : sed pacta soluere potes : Et Xātbus ait: da mi bi uiam: qui id efficere possim. Ecce uia inquit esopus cū te requiret aduersarius: ut sibi praestes quae fuisti pollicitus : iube tunc stratū grabatū mensaz in maris littore parari ac pueros pincernas coraz astare: et cū cernis plebem ibidez ɔgregataz: fac scyphum in mari lauari . deinde salis aqua plenum manu tenēs iube: p ɔuentionarium pacta uniuerse multitudini exponi: tu uero quae in uino promisisti: eadē sobrius asseras: di casqz uiri famij audiuistis me mare totū ebibere ꝓmi sisse . sed ut scitis : multa flumina in mare decurrunt: multiqz riui ac torrentes : auertat flumina ne ī mare defluat aduersarius: et ego qđ pollicitus suz praesta- bo . et isto pacto adinuicem dissoluemini. Xātbus cer nens banc cōmodaz fore uiam sūme gauisus est . ecce iā qui fedus notauerat significās Xātho praesētibus ciuitatis quibusdam senatorij ordinis ciuibus : ut illa praestet: quae die supiori pactus fuerat. Xātbus stati iubet stratum mensam ac sedem iuxta littus parari . ⁊ cum populus spectatuz iam ɔuenisset: Xantbus ait in grabato sedēs iubet scyphū lauari: ⁊ aquae plenū sibi propinari . scyphū igitur manu tenens inqt federario: ut in publico federa exponeret: quibus publice exposi tis : Xātbus ad populū ɔuersus ait uiri famij : ut cui

liber est notū : multa flumina / multi riui / multi torrē-
tes in mare prorūpunt : claudat aduersarius fluminū
ora : et ego ut ꝓmisi : mare totū ebibā . his dictis uni
uersa multitudo plaudēs Xantho conclamauit . Tūc
scholaris illi Xanthi aduersarius : ad genua ꝓcidēs
ait magne praeceptor fateor me esse abs te supatū . q̄re
ꝓ tuo nutu federa oblitterēt : quod ut fieret Xanthus
ānuit populo exorante . Caeteꝝ cum domū reuertisset
Esopus xanthm orauit : ut ceu bene merentē merenti
manu mitteret eū . At xanthus ipsum maledictis p̄se
quēs ait : abi hinc uenefice : hoc eniꝫ a me haud hodie
exorabis . exi foras āte hostiū : et duas si uides corni
ces id mihi renūtiato . Quippe bonū est omē duas ui
disse : sed unā duntaxat est auguriū pessimū . Esopus
domo egrediēs cū duas uideret cornices super arborē
sedentes : id statim xantho renūtiauit . xanthus foras
exiens / cū unam modo cornicem cernat ( nam altera
obitꝰ uolauerat ) ait esopo / dic mihi cruciarie / ubi sunt
duae quas uidisti cornices . inq̄t esopus / una obitꝰ dū
tibi renūtio uolauit . xāthus ait / mos tibi innatus est
ueterator cauillādo me semp illudere / sꝫ dignū technis
tuis praemiū tandē reportabis . iussitq̄ꝫ illū spoliari /
ac uerberibus supra modū caedi . dum esopus uapulat
quidā uenit / et ad prandium xanthum uocauit . Tūc
esopus heu me miseroꝝ miserrimum inquit . ego qui
duas uidi cornices uapulo . xāthus qui solū uidit unā
ad delicias uocat / nemo ē / cui bonae aues sint magis

aduersae/quod dictū xāthus admiratus simulqȝ prom ptū eius acumen ingenij ait fustigarijs: mitte eum in malam rē suā. Post dies aliquos Xanthus ait esopo: para prandiū elegās et opipere: Nam scholares prā suri sunt hodie mecū. Esopus emptis: quae emenda erant: domū ueniēs ac herā in triclinio cubantē inue niēs ait: hera caue amabo paululū: ne quae hic appo no: canis māducaret. at illa inqt: abi modo: et ne cu res: nā nates meae oculos habēt. Esopus cū quae pa rāda erāt parauisset: iterꝝ in triclinū ueniēs herā repe rit dormientē ac cōtra mēsam nates hñtem recordatus quae antea dixerat sibi: amotis ea parte panis nates illi tacitus detexit ac dormire pmisit. Xanthus domū regrediēs cū scholaribus: cum uidet uxorē partes in feriores nudatā dormire: rubore ꝯfusus faciē auertit: accitoqȝ esopo ait: quid est hoc impurissime. Esopus inquit: mi here: dū quae paranda sunt infra pararē dixi huic ut parumper caueret: ne canis comederet: quae ī mēsa apposita erāt. Illa ait: ne cures: nā meae nates oculos habēt. Ipsam deinde ut uides dormien tem cuȝ inuenissem/illas partes tacitus sibi detexi/ut eaꝝ partiū oculi mēsam sibi appositam contueri qrēt. Tum Xanthus ait serue neq̄ȝ mihi saepius nugas egi sti/sȝ q̄ȝ modo nullo tēpore nequius/qui me/ac meaȝ uxorē tā obscene ludificatus es: nūc ꝓter ꝯuiuas ultro poena omittit̄ aderit occasio/qui te ad necem caedi profecto faciam. Caeterꝝ paucos post dies Xanthus

cū philoſophos ſolum ac oratores uocaſſet ad prādiū ait eſopo : ſtato ad hoſtium : et nullum idiotam domū intromittito: ſed ſolū phos ac rhetoꝛicos . Eſopus ad hoſtium: ſedens: cum unus de euocatis: ut intromittatur petit :                 inquit . Ille uero putans ſe a p pellari canē aīo ſtomachans abijt . pariqꝫ modo alteꝛ . item perplures ideꝫ fecerunt . poſtremo aduenit unus ſatis acutus et haud infacetus ei ɔfeſtim īquit eſopus                 et ille ingenio prōptus ait : caudā . tū ipſum ɔtinuo eſopus intromiſit . deīde ad heꝝ accedēs ait : praetꝫ hunc philoſophus alius nō uenit : quā reꝫ Xanthus ſe ab illis fuiſſe deluſum exiſtimans grau ꝫ tulit . Xeramenim poſtero die qui non fuerant intro- miſſi : cum in triuio Xanthū conueniſſent inquiunt : heus praeceptoꝛ heri nobis nugas egiſti : cū q hoſtiū ſeruabat: per contumeliam nos canes appellauit . his dictis Xanthus pturbatus ſecū in primis tacitus ait : num ego : an iſti delirant . tū accito eſopo ait : heodū bone pueꝛ quos cū honoꝛe recipere debuiſti : eos male dictis perſecutus es . Et Eſopus ait tu mihi iuſſiſti : ut praeter ſapientes neminē domi admitterem . Tum Xanthus inquit : heus larua hi nunquid tibi ſapiētes eſſe uidentuꝛ . mihi qdem minime ait Eſopus . Quip pe cum eis dixi .                 quid dixeꝛim cū non intelexerint : quo pacto ſapientes cuipiam uideri poſ ſent . Verumenim qui probe intellexit : illum qui ſapi ens uiſus eſt : ɔtinuo admiſi . haec cū Eſopus dixiſſet

eius dictum ad unum omnes approbauerunt. Verum enimuero quosdam post dies xanthus cū esopo inter maiorum sepulchra cum esset: epitaphiaqꝫ legeret: Esopus in archa quadam apud columnam sita: ad quam per gradus ascēdebatur: perspicit litteras quasdam: non sonantes: sed pūctis solū insculptas in huiusmodi forma. quae latinae sonāt a. b. d. o. e. th. ch. inquitqꝫ Xantho: mi here quid dicunt litterae illae. Tunc xanthus illas diligenter ac diu meditatus: quid sonarent cū intelligere nequiret: inqt esopo: dic sodes: quid illae sonāt litterae/caedo. Esopus ait / si hic thesauꝝ tibi ostendero / quid mihi facies boni. inquit Xanthus /bono sis animo/naꝫ et libertatem/et auri dimidiū consequeris. Tum esopus gradus quattuor ascendens ad columnam /ibiqꝫ fodiens aurum inuenit /quod confestim obtulit hero suo/ atqꝫ ait / obsecro mi here /ut mihi promissa serues. et Xanthus ait /minime/ni prius doceas /qui id inuentum habes / Quippe pluris hoc facio /q̄m ipsuꝫ auꝝ esopus ait. Qui thesaurum hic deposuit /nimirū ut philosophus caractheribus septem notauit. ascende. gradus. quattuor. fodias. inuenies. thesaurum. auri. Et Xanthus inquit /ex quo ita es acutus / libertatem haud consequeris / Et esopus ait caue sis / quia hoc thesaurum spectat ad regem. Inquit xanthus /qui id scis /cedo. ait esopus /quia litterae hoc sonant. tradito. regi. dionisio. quē

inuenisti. thesaurum. auri. Xanthus audiēs ad regem spectare thesauꝝ: inqt esopo: accipito medium ac nemini dicito. Esopus ait: non tu hoc mihi tradis: sꝫ qui thesauꝝ hic deposuit: quo pacto inqt xāthus. ait esopus: haec ipsa eadē clementa significāt.

cum supueneris. euntes diuidite. quē. inuenietis. thesaurū. auri. Tunc Xanthus ait. abeamus domū: aurum ut partiamur. domum igitur cū se Xāthus recepisset: esopi loquacitatē reformidās iussit ipsum in uinculis poni. Tunc esopus heus pro missā philosophoꝝ ait: pro libertate in carcerē detrudor. his dictis xāthus mutata sñia: carcere ut educeretur mādauit: deide esopo inqt: si uis liber fieri linguā frenato: nec tā aperte decetero me accusato. et esopus ait: age ut lubet: uelis uel nolis: me libeꝝ facies.

Iisdem temporibus res nimirum mira ꝯtigit apud samum: nam publici cum fierent ludi: aquila quaedam repentino quodam uolatu questorium ex ipso theatro arripuit anulum: quem in sinū serui cuiusdaꝫ cadere pmisit. quo prodigio turba theatralis rumigerās lōge āxia et anbigua stetit. deinde accita statim ꝯcione xanthū consuluit ueluti philosopū ac rei publicae primorem: qd illud significare habeat. xāthus qui eius rei inscius esset ambiens diecula ad ꝯsulendū exorata domum abijt: et cū animo longe esset anxius: qa qd populo ꝯsuleret/non tenebat. Esopus accedēs ad eū ait/ecquid sic animo deprimeris. omitte moestitiam/

et hoc onus ꝯsulendi mihi impone. die crastino abi in ꝯcioné: ac populo huiusmodi uerba facies: uiri samij ego qdé nó sum augur: non ariolus: non prodigioꝝ ut scitis interpres: ueꝝ domi seruū habeo: qui huius modi reꝝ notioné habere ꝑfitet̃: si placet illū adduci faciā: qui quid hoc auguriū significet: uobis aperiet. Tunc si quod ego ꝯsulero: quo turbae satisfecero: tu gloriā pariꝫ et gratiā indespiceris: quod si non satis fecero tu liber ab infamia et ego ī culpa fuero. Tū xā thus uerbis esopi fidés sequēti die ī theatrū manicat: et accito populo pulpitū ascédés: quę ab esopo didice rat: ea plebi aꝑuit: Quibus dictis samij ut esopus co rā adduceret̃: xāthū impellūt. Esopus ecce adducit̃: qui cū corā ꝯstitisset: eius formam samij intuētes ꝯté ꝯserūt: ac ipsum pro ridiculo habētes inquiūt: ecqd huius aspectus auguris est. ex homine tam impurato putandum est quippiam boni esse audituros. et cum ipsum deriderent: Esopus stans in loco eminētiori ac manu indicans plebi silentiū inquit. Viri samij ecqd meam deridetis formā. nó enim facies: sed animus ho minis est ītuēdus. Quippe sub turpi corporis forma saepius latet sapiētia. Itaqꝫ ut ī uasis uinarijs nó for ma spectat̃: sed qd uini ipsa uasa ꝯtineāt: degustat̃ sic nó hominis facies: sed mēs et animus ꝯsiderari de bet. Haec cū samij audissent aiūt esopo. Si qd ꝯsilio ré publicā iuuare potes: id ut facias quesumus cés. Tū esopus maiori quadā ꝯfidétia ait. natura ex qua

ꝓueniũt omnia bona : iniquum gloriae certamẽ hodie posuit inter dominũ et seruũ : quoniã uter uicerit non par premiũ reportabit. Nam si dominus erit certaminis uictor / gloriam et gratiam apud uos consequet̃ sed si ego seruus praestantiorẽ me exhibuero / nõ libertate ut ius foret / sed maledictis / uerberibus et carcere praemiabor. Itaq; si hoc certamẽ hostire / ac me liberꝝ fieri / parati estis / ut cũ fiducia loq queam / uobis profecto pace dixerim omniũ / qd hoc portendat augũriũ / proculdubio aperiam. Tunc uniuersa concio ad unũ acclamauit aequũ postulat / manu esopum Xanthus emittat. Id dum Xanthus se factuꝝ negaret / questor publica auctoritate inqt ei / nisi scito plebis parueris / ego iunonis edẽ libertum / iure praetorio liberali illũ asserã / manu / ac constituam tibi in edilitate collegã. Amici igit̃ ac necessarij hortati sunt Xanthũ / ut manu esopũ mitteret / ac rei publicae condonaret. Tunc xãthus haud libens coram omni populo esto liber esope ait. Tum preco publice alta uoce clamauit. Xanthus philosopus missum manu facit esopum. et sic ad impletum est / quod Xãtho supius dixerat esopus / uelis uel nolis me liberum facies. Igitur esopus liber admodum factus in mediũ turbae procedens atq; manu iudicans silentiũ ait. uiri samij quod aqla / quae ẽ rex inter aues / uti sunt reges int̃ homines / anulũ pretorium sustulerit / hoc sane portẽdit / quod qspiam ex his / qui reges sunt / libertatẽ uestrã uestrasq; leges ab

rogare inqret. haec cnm samij audissent/territi sunt/
atqз paꝝ post adest tabellarius cū litteris regijs sena
tum samioꝝ postulās. Itaqз reddite sunt senatui in hu
iusmodi uerboꝝ seriem litterae. Rex lydoꝝ cresus sa
mioꝝ senatui plebiqз salutē. Iubeo uos tributa mihi
ut exhibeatis ac uectigalia tribuatis/quod si huic e di
cto nō parebitis /ceu parere debetis/pauperies tanta
uobis inferet̃ :quantam haud'ferre poteritis .his litte
ris in senatu recitatis : cū omnes terrore inclinarent̃
regi esse parendum : tamē qd esopus cōsuleret :audire
decreuerūt. Esopus ad subsellia ꝓfectus. atqз rogatus
ut sententiā diceret ait. Viri samij : quod tributa aut
uectigalia regi exhibeatis: q̃зuis uideo ad id uos incli
nari : haud eqdē suadeo: q̃зobrē uero uobis breuiter a
periā : ut qd expediat reipublicae uestrae ꝯsulere quea
tis. fortuna mortalibus duplicem in uita uiā ostendit.
unā qdem libertatis : cuius initium durum : aspeꝝ ac
difficile est :finis uero ualde planus : aequus: pfacilis
ue. Alterā uero seruitutis : cuius initiū facile est: pla
nū atqз cāpestre : sed finis est asperrimus :nec summa
sine āgustia cōmeabilis. dixi. haec cū audissent samij/
cognoscentes qd ꝯduceret reipulicae suae ad unū sen
tētiae esopi acclamarūt : asserētes cū simus liberi / ser
uire nolumus. eoqз responso nunciū regiū remiserūt.
Cresus his cognitis animo commotus decreuit ad ex
emplū aliorum copias contra samios transmittere/ni
regius nūcius impedimento fuisset / qui regi inquit/

nunq̄ꝫ posses samo potiri: nisi esopus: cuius ꝯsilio sa
mij utunt᷑: prius inde amoueat᷑. Verūenim potes ꝑ
legatos a samijs postulare: quod si tibi transmittat᷑
esopus: et gratias quasuis et tributoꝝ remissionē ipis
indulges. quod si hoc faciūt: in tua manu samios ha
bes. Tunc cresus hoc cōsilio suasus quendā ex proce
ribus samū legauit. Is cum samum applicuit: atqꝫ
in ꝯcione mādata regis exposuit: suasitqꝫ plebi: ut re
gi esopū transmitterent. Esopus in ꝯcionem accitus
ac regis sententiam sentiens ait: Viri samij cupio eq
dem ad regis pedes me ꝯferre: sed uobis prius fabulā
narrare. Quo tēpore animalia bruta adunū ꝯuenie
bant: lupi ouibus bellum intulerūt. Igitur oues cum
se a lupis tueri neqrēt: auxiliū a canibus postularūt:
qui pro ouibus pugnātes lupos dare terega urgebāt.
Tunc lupi: cū se bello inferiores cognoscerēt: proter
canes: pacē perpetuam offerunt ouibus per legatos:
modo unicam pacis ꝯdicionem recipiant: ut canes ad
omnem suspicionem belli tollendam: lupis custodiēdi
tradant᷑: oues stolidae lupis credētes pacem cū lupis
accepta ꝯdicione firmarūt. Igit᷑ lupi occisis canibus
absqꝫ difficultate oues perdiderūt. Hanc fabulam cū
dixit esopus/ samij ut esopus nullo pacto mitteret᷑ de
creuerūt. At esopus decreto samioꝝ nō parauit / sed
una cuꝫ legato ad cresum regem nauigauit/ coramqꝫ
eo se praesentauit. Cresus uero cum esopum ꝯspexit/
indignabūdus ait. hic ne auctor est quod samij haud

pareant iussionibus meis. Tũ inqt Esopus: Maxi-
me rex regum ego quidez nulla ui nullaqz necessitate
coactus sed spõte et ultro ad tuum me contuli ꝯspectũ
fiduciã habẽs qꝺ aequis auribus me audies: data igit̃
sibi copia fandi denuo inquit esopus. Homo quidaz
pauper cum ad locustas uenaretur: coepit et cicadaz:
quae cũ se interimi debere uideret: inqt aucupi ne abs
re interimere me uelis: nã nec spicas ledo: nec corim
bis officio: sed plausu alaꝝ pedum ue cantando armo
niam ꝯficio: qua uiantes delecto. atqz uiae leuo laborẽ
et praeter uocẽ ĩ me reperies nibil. baec auceps ille cũ
audiuit: emisit manu cicadaz. Et ego te rex obsecro
ne me de nibilo: et insontez occidas: nam nec uolo:
nec possuz: ex corporis debilitate alicui ferre iniuriã:
sed ea loquor: quae uitae mortaliũ sunt utilissima. Tũc
rex admiratiõe simul et misericordia motus ĩqt esopo
non ego tibi uitã: sed fortuna ipsa largit̃. si quid uis
petito: id sane dabitur. Tunc ait esopus: unuz dum
taxat obsecro: ut samijs tributa remittantur. remittã
tur inquit Cressus. Tuz Esopus bumi ꝓcidens regi
gratias egit. deinde fabulas: quae usqz ad baec tp̃ra
babent̃: edidit: regiqz inscripsit. deinde acceptis a re
ge litteris ad samios/sup tributorum remissione: mul
tis etiã ab ipso rege donis donatus samũ nauigauit.
Ergo samij esopum uenientẽ summo cũ bonore rece-
perunt. Nam senatus omni populo sequente obuiaz
iuit. Insup sertis/ꝛ choreis totũ oppidũ fuit ornatũ/

Esopus ad subsellia ductus regias litteras ꝓ nostris recitauit. edocuitq; senatū tributa eis īdulgeri simul et libertatē. Post haec famo abiens per uarias na tiones peregrinatus est: ubiq; gētiū praedicās atq; in fabulis documenta mortalibus exhibens. Verumeni; cū Babiloniā peruenisset: ibiq; suam ostenderet sapi entiam: summo in honore habitus est apud Lycurū Babiloniae regē. Quippe reges tēporibus illis pro blemata inuicem per epistolas ioco mittebant: quae q interpraetari nesciebat exhibebat tributa mittēti. Vn de esopus cū ipsa ꝓblemata probe īterpraetaret: claꝝ reddidit Babiloniae regē: atq; pro ipso Lycuro pro blemata edidit alijs regibus mittēda: quae qa solui nō possent: tributa plurima Lycuro exhibebāt: q̄;obrem Babiloniae regnum longe lateq; celebre factum est. Caeteru; cum Esopus esset sine prole: adoptauit sibi quenda; generosu; adolesente; nomine Enu;: quem in ꝯspectum regis sepius adduxit: cōmendauitq;: nō secus ac si ex ipso natus esset. Is non multo tempore post: cu; se comiscuisset cu; ancilla: quā esopus uxu rariā habebat: ueritus ne sibi acrius succēseret: apud regem falso accusauit esopū: litteras adulterinas sub nomine esopi: ad aduersarios regis ꝯscriptas/ac eius dem signo signatas reddens/ quibus operam suam ī problematibus soluēdis pollicebatur. Rex uero Ly curus signo fide; adhibens animo supramodū motus iussit Hermippo/ut Esopum mori faceret sine mora:

At hermippus esopi studiosus ipsũ i sepulchro clãcu luʒ abscõdidit ibiqʒ diu uiuuʒ seruauit. sed bona eius assecutus est Enus. Longo uero tpꝛe post. Nectanabo Egiptioꝝ Rex: existimãs (ut fama erat) esopuʒ esse moꝛtuum: statim ad Lycurum misit pꝛoblemata: per litteras huiusmodi figuraʒ continentes. Nectanabo Egiptioꝝ Rex Lycuro Babiloniae regi salutem. Quoniã Turrim edificare uelim: quae nec caelũ nec terrã attigat. mittito ad me fabros: qui turrim ipsaʒ edificent: et ad rogata respõdeto: atqʒ ex toto territorio meo annos decem tributa capito: hoc ꝓblema cũ acepisset Lycurus: longe tristatus est. Itaqʒ anxius super tali decisione: accitis sapiẽtibus suis: ut questionem illam soluerent edixit. cum omnes abigerent: nec pꝛopositum soluere quirẽt: Lycurus humi ꝓstratus misero ue mihi gemens ait: qui regni mei perdidi columnaʒ: quod factũ me pepulit: ut esopuʒ interimi iubereʒ. Hermippus cognito regis meroꝛe Lycuruʒ audiens inquit/ne te amplius afflictes/quoniam illuʒ occidi minime feci/percipiens te aliquando penitur ũ quare certioꝛ esto/quod quem interfici iussisti/ is hoc tempoꝛe inter sepulchꝛa uiuit: Naʒ tuaʒ ueritus iussionem in monumento quodaʒ ad hanc usqʒ dieʒ uiuuʒ seruaui. Haec cũ Rex audisset: non parua leticia plenus continuo exurgens atqʒ hermippuʒ amplectẽs inquit: Si ueruʒ loqueris quod esopus uiuat: hunc dieʒ certe mihi fecisti perpetuũ: si poꝛꝛo illũ seruasti regnũ

meuȝ ſtabiliſti: iuſſitqȝ ut coraȝ ſtatim duceretur. Eſo
pus ſqualidus tenuis ac ueternoſus: cū ī regis ꝯſpectū
proceſſit rex faciem ꝯuerſus ingemuit: mādauitqȝ: ut
ſubito lauaretˀ mutaretˀ ue. Igitˀ eſopus lotus mutatus
ue in regiā pergit: regeqȝ ſalutato ſuaȝ cauſaȝ dixit.
ſup qbus ab eno filio ſuo adoptiuo fuerat accuſatus.
Et cum rex iuberet: quod enus eo ſupplicio plecteretˀ
quo parricidae plectuntˀ: Eſopus ut ſibi ignoſceretˀ
exorauit. deinde rex epiſtolā capiēs eſopo tradidit ad
legendū: quā oculis cum percurrit: qneſtioue baud
ſoluta inquit: reſcribe rex in banc ſententiā: quod cū
byems tranſierit: mittes ſibi qui turrim edificēt: ac eo
tempore ad ſingula reſpondebis. Tunc rex cū buius
modi reſcripto remiſit tabellariū egiptioꝝ. deinde eſo
po bona ſua reddi mandauit: et ad priſtinā reſtitui di
gnitatem. Inſuper enuȝ ſibi ꝯdonauit: ut arbitrio ſuo
illum ulciſceretˀ. At Eſopus illuȝ benigne tractauit:
talibuſqȝ monitis ſtudioſe coarguit: ſic aiēs. Fili uer
bis meis attendito diligentꝫ: ac illa penitiſſimo corde
teneto. Foris omnes ſapimus. alijs conſiliū damus.
Nobiſipſis cōſulere nequimus. bomo cū ſis/bumāis
caſibus te ſubditum eſſe memento. Deuȝ in primis
colito. Regē tuū obſeruato. Cum ſis bomo bu
mana curato/quoīaȝ deus ulciſcitˀ iniuſtos. Scelus
eſt/ultro inferre moleſtiā. Anio generoſo īdignos
ferto ſucceſſus. Inimicis tuis te truceȝ exbibito/ne
utiqȝ te contemnant/at amicis leneȝ atqȝ officioſum:

ut tibi in diem sint beniuolentiores. Valitudinem ma
lam inimicis optato simul et ruinam: ne tibi de cetero
nocere queãt: amicis uero ꝓsperos optato successus.
Vxori frugalia loquere: ne aliuꝫ sibi cupiat uirum.
Quippe foemina: cũ uaria semp ac mutabilis sit: si
bi blãditur: ocius inclinat̃ ad malũ. Hominem se
num uitare memento: homo neq̃ꝫ licet ei prospera suc
cedant: nihilominus miser est. Aures q̃ꝫ linguaꝫ
habeto magis acutas. Linguã ꝯpescito. Pauca
loquere inter pocula: ubi nõ sapiẽs: sꝫ ridiculus quis
habet̃. Quibus fortũa fauet: haud inuideto: sꝫ po
tius gaudeto: quippe ĩuidia inuidẽti praecipue nocet.
Curato familiam: ut non modo ut dñus: sed ut bñ
ficus uerearis a tuis. Verecundiã serua: ne a ratiõe
decidas. Nec te pudeat in diem discere meliora. Cõ
siliuꝫ archanuꝫ uxori ꝯmittere caueto: quae ut rumori
geret semper est armata. Quod in diem laborãdo
queris: id in crastinuꝫ quoqꝫ reponito: potius est eniꝫ
pecuniam inimicis in morte relinquere/ q̃ꝫ ab amicis ĩ
uita mendicare. Obuiãtes saluta libenter/ quoniã
uidemus caneꝫ caudae plausu sibi uendicare panem.
Turpe nimiũ est miseꝝ irridere. Quae frugi sunt
ea discere ne cesses ac sapiẽtiae intendere. Cuꝫ qp
piam a quopiaꝫ capis/ id q̃ꝫ ocius reddere curato/ ut
facilius rursuꝫ tibi accomodet̃. Quibus benefacere/
cum potes haud te pigeat. Hominem maledicẽteꝫ.
loquacẽ susuronem ue ab hostio tuo eminus coercito.

Cato pauca in conuiuio loquere

Dicta . factaq3 tua amicis tacitis credito: ea tamẽ facias : quę fecisse postea te nõ pigeat . Aduersa cũ eueniunt : non molesto : sed animo quieto feras . Improbis flagitiosisq3 neutiq̃3 ꝯsulito . Improboꝝq3 mores nunq̃3 imiteris . Esto hospitalis in hospites . peregrinos ue: ut pergere proficiscens qui te recipiãt habeas. Sermo bonus cõtra animi uicia medicus est optimus. Ille profecto est beatus : qui uero ponitur amico . Nihil tam absconditum est : qd̃ tẽpus demũ non ferat in lucẽ . His et alijs ꝯpluribus monitis enu3 Esopus ab se missu3 fecit. At Enus illis monitis coercitus cõscientiaq3 cõpunctus : quod falso Esopu3 capite accusauerat: abiens ex loco eminẽtiori se precipite3 dedit : et uti malus : male uitam finiuit . Post haec accitis aucupibus mãdauit esopus: ut pullos quatuor aqlĩos capere curarent . quos cum habuit assueuit pascendo sursum ac deorsum uolare ad pedes folibus ligatis : ĩ quibus pueri duo existebant . Na3 prout pueri pastu3 eleuabant/siue demitebant/sic aues pastu3 ipsum sequentes/sursum ac deorsum uolabãt . His igit̃ praeparatis cu3 tropicus hiamalis transisset/ Esopus cu3 lycuri uenia /Egiptnm nauigauit certa spe opiniõeq3 firma /quod se admirandu3 reddet Egiptijs . Verum enim Egiptij esopi speciem cum conspicarentur: monstruosam insulsamue: existimarunt ipsu3 fore ridiculũ ludũq3 . non uidentes : quod turpia uasa quãdoq3 cõtinent balsamu3: qui liquor liquoꝝ est praeciosissimus

et fiale nō limpide limpida saepius ꝯtinēt uina. Itaq3 Esopus in regiam profectus ad regis genua ꝓcedit. At rex in maiestate existens: eū benigne recipit. dein de inqt. Cui me ac meos assimilias Esope? Esopus ait. te qdē soli tuos uero radijs solaribus. Quippe nō secus splendēs: ac splēdeat circulus solaris: tui te circū sic radiant: ut radij solis ipsu3 circūradiāt sole3. Tnnc inquit Nectanabo. lycuri regnu3 quid ad nostrum. Esopus surridens ait. nihilo inferius: sed in pluribus longe superius. Quippe regnū tuu3 ut sol lunam: sic lycuri regnum suo splēdore obscurat. Ad mirās Nectanabo prōpta3 esopi facultatem loquendi inquit: duxistin eos qui turri3 mihi edificent. ait Esopus. Quidni. modo locū ostēdas ubi edificare uelis. Rex subito ex urbe in campū egressus locu3 sibi ostēdit. Esopus per loci angulos ꝯstituit aquilas follibus ad pedes ligatis. ac pueros duos ꝯtinētibus liguam manu altera tenentes. iussit deide ut pastū eleuarent: quem aquile sequentes: cū in altū uolarent: clamant pueri lingnam ostendentes: exhibete nobis calce3 exhibete nobis lateres. exhibete ligna / et quae ad edificandu3 sunt opportuna / quod cum conspicaretur Nectanabo inqt esopo. ecqd apud uos sunt hoīes alati. Esopus. imo perplures. Sed tu cum homo sis: q ꝯtēdere cum semi deo queris. Tum inquit Nectanabo / fateor me uictum Esope. sed quod te rogo: responde. equas ex graecia huc adduci feci: quae ex hynnitu

equorum/qui sunt in Babilonia concipiunt. Esopus ait: super hoc die crastino tibi respondebo. ꝓfectusq́ʒ domū iussit pueris suis: ut catuʒ habere uiderēt: quem cum attulerunt satis magnitudinis: Esopus fecit uirgis publice caedi. Quod cū accepissēt egiptij: ꝯcurrentes catū eripere tentarūt. Sed cum nequirent profecti ad regiam regi renūtiauit. Tuʒ rex esopuʒ iussit acciri. ei accedēti inqt Nectanabo. ecquid facis esope. nescis apud nos deū huiusmōi coli figura. Quippe egiptij tale simulacrū praecipue colūt. Esopus ait: Animal hoc nocte proxima lycuꝝ offendit. Nam occidit gallū pugnacē generosum ue q sibi horas nocte canebat. Inquit Nectanabo. nō putabam esope: tuū esse mentiri. fieri quidem non potest: quod nocte una catus Babiloniaʒ ierit: ac redierit. Surridens esopus ait. Eo quidem pacto catus nocte una Babiloniā iuit ac rediuit: quo equae ad hynnitum equoꝝ: qui sunt in Babilonia hic concipiunt. His dictis Nectanabo esopi sapientiā lōge cōmendauit. Die uero sequenti Nectanabo ex urbe solis euocauit homīes sapiētes ac phicarum questionum peritos. quos cum de esopo fecisset certiores: ad cenam inuitauit simulq́ʒ esopuʒ. Cuʒ discōberēt: ex illis quispiā inquit esopo. pace tua dixerim a deo huc sum missus: ut uerba tecū faciam. quid ais ad hoc. ait esopus. deus ut homines discāt mentiri: minime querit. quare quod deum uestrū uereamini. paꝝ sermo uester uos accusat. Alius itē iqt.

Templuz quoddā magnuz extat. et in eo columna ur bes duodecim sustinēs: et quaelibet urbs trigita trabi bus tecta est. quas trabes discurrūt foemine duae. eso pus ait. ꝓblema hoc apud Babiloniā pueri ipsi solue re sciūt. Naz templū qdem orbis est terrae. columna uero ānus. urbes duodecim: sunt duodeciz mēses. tra bes triginta: sunt ipoꝝ mensiuz dies. foeminae duae: dies et nox esse dicunt: quae se alternatim ꝯtinuo dis currētes sequūt. Tunc Nectanabo suis inqt magnati bus. tributa regi lycuro me mittere ius est. unus ex il lis ait. etiā aliud ꝓblema interrogemus: silicet qd sit illud: quod nūq̄z uidimus neqz audiuimus. tunc rex ait esopo. dic queso esope. qd illud est quod nos nūq̄z uidimus: neqz audiuimus. esopus ait. die crastino uo bis respōdebo. Itaqz ꝓfectus dēuz syngraphū astu fin xit: quo Nectanabo ꝯfitet: se mutuo habuisse a rege li ro mille talenta. quae Nectanabo reddere ꝓmittit ad terminū quēdā. qui eo tēpore praefinitus erat. ac syn graphū regi mane apud regiā reddidit. recitato syn-graphо rex admirās inquit ꝓceribus suis: audiuistis ne: aut uidistis: me a lycuro pecūiā mutuo habuisse ūq̄z inqūt illi nos nec uidimus: neqz audiuimus unq̄z. Tūc ait esopus. si id quod dicitis ueꝝ est: questio soluta ē: Tunc Nectanabo inqt. beatus es lycure: qui tali ui-ro potiris: atqz esopū cū tributo remisit. esopus Ba biloniā regressus: quae ī egipto egerat lycurū edocuit ac tributū reddidit. Quas ob res lycurus: ut statua

aurea esopo publice statueretur mandauit. Paucos post dies Esopus uisendi graeciam cupidus: ueniā a Lycuro exorauit: pollicens se reuersuꝝ: ac reliquū uite apud Babiloniam finituꝝ. Igitᷣ per greciae urbes ꝓficiscēs: suamq; ubiq; locoꝝ in fabulis sapientiam ostendens magnū in sapientia sibi nomē uendicauit. Postremo delphos se ꝯtulit: locuū religiōe celeberimū Naȝ erat religionis caput. Ibi cū turbae eum ut audirent sequerentᷣ: nihilq; honoris sibi a delphis praebituȝ esset: Esopus ait. Viri delphij uos quidem ligno simlies estis: quod mari defertur. quod cū ꝓcul uidetur. magnū quidem apparet. cum uero est prope paꝝ quid esse cognoscitur. sic ego ab urbe uestra cuȝ essem lōgius: uos omniū praestantissimos esse putabā. nūc uero ꝓpe omniū ineptissimos uos esse cognosco. haec et huiusmodi delphij audiētes intra se inquiūt. hic cū p urbes alias: magnā a turbis habeat sequelā: ubiq; gentiū suis ablocutiōibus: huius nostrae urbis auctoritatē aut tollet: aut certo minuet: nisi nobis cauerius Itaq; consilium ceperunt quo pacto per dolum occiderent Esopum: et ceu impiū ac sacrilegum morti damnarent. Nam proter turbas palam non audebāt. obseruantes igitur seruum esopi: dum res suas cōponeret ad recessum: fialam aureā ex templo Apollinis creptam inter sarcinulas esopi clam posuerunt. Esopus igitᷣ ignarus: quae in eū scrutabantᷣ insidiae: cū phocida abiret: delphij cursim insequētes: esopū magno

cum clamore compraebendunt. Et cū esopus rogaret quā ob rem se tenerēt: uociferantes inquiūt. heus im pie. heus scelestе ecquid templum Apollinis spoliasti? quod cū esopus apte negaret: ac iniquo animo ferret delphij solutis sarcinulis: fialam aureā inueniūt: quā passim omnibus ostendentes: esopuz uti sacrilegū cū strepitu et magno impetu ducūt ad carcerē. Esopus adhuc ignarus insidiaꝝ rogat: ut se missum faciāt. at illi arctius in carcerē coercent. Tunc esopus cū uiam euasionis suae nō uideret: atqꝫ cognosceret: qd in eū fieri consultū esset: fortunā suam malignam gemebat. Quidā eius notus nomīe demas carcerē īgressus: eū esopū gementē ꝯspicatꝰ inqt ad illum. ecqd sic gemis esope. esto forti aīo: habe spes bonas ac teipm ꝯsuleris


Ecce delphij: qui esopum publico decreto uti sacri legij reuz morti damnarant: ad unū ꝯueniunt: ipmqꝫ e carcere ducūt: ut e rupe praecipitē darēt. qua re co gnita esopus inqt ad illos: Quo tpre animalia bruta erāt concordia: mus cū rana amicicia ꝯtracta/eam uo cauit ad cenā. Igitꝰ cuiusdaꝫ locupletis penu ingressi cū sunt/ubi mel. panis ficus et omnia bona erāt/mus īqt ranae/ex illis dapibus comede q̄ tibi plus sapiūt. postq̄ꝫ uarijs letati sūt cibis/rana uicissiꝫ ait ad murē nunc ut de meis cibarijs gustes uelim/uenias mecū. ueꝝ ne torpitudine pereas/pedi meo tuum alligauero deinde pedem pedi cum ligauit in stagnū saltauit/ac murē traxit natando. Mus igitꝰ/cū se necari uideret:

clamabat equidē dolo necor abs te: sed qui in uita re manent eorum quispiam mortis meae ultor existet: Ecce Miluus murem stagno despiciens illū deuolans arripuit pariter ꝛ ranā: et sic utroqꝫ potitus est Miluus nūc ego abs re iterimor a uobis. at uos iure mihi dabitis penas. Nam babilon et grecia hoc uestrū in me scelus ulciscent̄. Haec delphij audientes nō tamē eū dimiserūt: sed repugnātez cuz ad locuz praecipitij ducerēt: Exopus ex eoꝝ manibus aufugiēs in templum Apollinis se ꝯtulit: atqꝫ ad araz ꝯfugit: sed nihil sibi profuit ara. Naz delphij per uiz et immanitꝫ inde trahentes ira et impetu: ut ipsū praecipitarēt: ductitabāt. At esopus: cū ita ignominiose se duci uideret: ait ad illos: Intendite delphij: deuz hunc: licet eius edes pua sit: ībonorare nolitis: sed uereaini Apollinē: ad quē deū nuper ꝯfugerā. At illi dictis suis non intendentes ad locū praecipitij enixe trahebant. Esopus mortem sibi instantez ꝯspiciēs ait: uiri impij immanesqꝫ: ex quo uobis suadere nequeo: huic fabulae queso diligētꝫ intendite. Mulier quaedā filiā uirginē ac stolidā habēs cōtinuo deos orabat/ut sibi sensum infunderēt idqꝫ cū frequentius palā faceret/ uirgo stolida uerba percepit/retinuitqꝫ. post dies uero aliquos simul cuz matre rus ꝓfecta/dum ad hostiuz staret/uidet rusticū adolescentem assellaz quandā e regione subigere uelle accedēs igit̄ ad illū ait. quid agis bone adolescens? ille ait. huic asselle sensuz īfūdo. memor stolida matris

uerboꝝ ait. bone adoleſcẽs infundito et mihi: quod ſi facies non fruſtra laborabis: Nã mater mea tibi multã gratiã habebit. Ruſticus omiſſa aſſania uirginẽ uiolauit. Illa uero corrupta leta cucurrit ad matrem inqẽs ei: letare mater. iã tuis precibus ſenſũ accepi. Mater ait: dilecta filia p̄ces meas iã dij exaudierunt? qdni mater? ſtolida inquit: Iuuenis nũc quidã lõgũ pauxillũ ac neruoſũ duobus cũ glãdulis ad interioris partis extremũ pendentibus: meũ in ueteꝝ miſit. intro et foras frequentius diſcurrens: quẽ ego qdẽ cũ uoluptate accepi: atq; ſenſũ ſenſi meo animo ſubito infundi. tũ mater ait: hei mihi filia: id demũ pdidiſti ſi quid ſenſus ante hac habuiſti. Item aliam queſo audite fabulam. Agricola quidam cum in agro ꝯſenuiſſet ac urbem nunq̃ uidiſſet: cupidus illã uidere ſuos orauit: ut ſe ducerẽt in urbem. Illi uero ligatis ad currum a ſellis ſenẽ curru ĩponunt: aiuntq;: modo agita eos: nam p ſeſe te ducent in urbẽ. ſed dum ſenes uiat ĩ urbẽ: obortis repẽtino turbine uẽtoꝝ tenebris aſſelli a uia recta excũtes ĩ locũ arduũ et praecipitẽ deueniũt. ſenex mortis piculũ cõſpiciẽs/proh iupiter exclamat. qua in re tua numina leſi? quod ſic miſere pereo. Nã neq; ab equis praeſtãtibus ⁊ generoſis/ſed ab aſellis diſtrahor uiliſſimis. ſic ego nẽpe diſcrucior/quod nõ ab hominibus claris illuſtribuſq;/ſed ab ĩprobis ĩutilibuſq; ſeruis interimor. Et cum ad locum praecipitij ueniſſent/rurſum aliã narrauit fabulam ſic inquiẽs.

Vir quidam amore filiae captus rus misit uxorem : et apud se retinuit filiam : quam cum uiciaret patri filia īquit: pater profana facis. uelim equidem potius a uiris cētum q̄3 abs te uno huiusmodi pati scelus. et ego delphij profani ac scelesti : eligerem potius totam circuire Siciliam : ac Scyllam caribdimq3 saepius transire : q̄3 a uobis sic per contumeliam interfici. Execero uos : uestramq3 patriam : ac deos deasq3 omnes obtestor : ut me iniuste pereuntem exaudiant : ac digna de uobis supplicia sumāt. Verum illi obaudiētes ipsum ex rupe ardua praecipitem dederunt. Et sic misere Esopus uitam finiuit. Mortuo Esopo pestis et fames ac uehemens quidam mentis furor delphios cō praehendit. qua super reconsulti Apollinem oraculū habuerunt ut manes Esopi placarent. Igitur consciētia compuncti : quod Esopum iniuste occiderant: tēplum sibi construxerunt : et in eius memoriam colūnam constituerunt. Praeterea principes graeciae ac prouinciae praesides : audita morte Esopi : delphos profecti : habita diligentius inquisitione: dignis supplicijs ulti sunt eos : q mortis Esopi auctores fuerūt.

.FINIS.



## Argumentum fabularum Esopi e greco in latinum.



Sopus fabulator clarissimus/natiõe qdem frigius / fortuna uero seruus fuit. colore niger/ac facie supramodũ deformis. is qa beneficus semper in hospites fuit/deo hospitalis in somnis sibi assistens largita est loquelam. (nam ab initio blatero fuit) sapientiãq3 / ac uariaꝝ fabulaꝝ inuentioñe /quae porro fabulae nõ paꝝ cõducunt mortaliũ uitae/nã ãimalia bruta fingit agere ea quae hominũ sunt actiones / quas ita ante oculos ponit / quod audientiũ animos incitat ad uirtutem. nec ulli sunt hominũ mores /quos in brutis fingẽdo ipse non aperiat. Has igitur fabulas : si quis trite gustauerit : quam uiam sequi : quãq3 uitare debeat : in priuatis publicisq3 negotijs facile comperiet. Nam in primis fabula3 narrat : tũ qd fabula significet compẽdiosius exponit : atq3 ordinem alphabeti in greco secutus : qui in latino sermone seruari nõ potest : hinc sumit initium.

### De Aquila et Vulpe.

Aquila et uulpes cõflata inf se amicicia in ꝓximo habitare ꝯstituũt: firmiorẽ amiciciã ex frequẽti ꝯuersatiõe fore putãtes. Igif aqla nidũ alta sup arbore instituit. uulpes uero arbore3 proter inter dumeta catulos collocat. Vna igitur dieꝝ cum uulpes latibulum egressa pastũ catulis quaereret: aquila et ipsa cibi indaga in latibulum deuolans uulpis

catulos arripuit : ac pullis suis comestū praebuit. uulpes reueniens cognita filioꝝ morte atroci : ualde tristata est. et cū aquilam ulcisci non posset : qa quadrupes existens uolucrem persequi nequibat. quod unum miseris ac impotentibus datur : aquilā execratur : ac mala sibi imprecatur. tantum in odium cū uiolatur / uertitur amicicia. Contingit igitur illis diebus ruri Caprā imolari : cuius frustrum una cum carbonibus accensis : aquila arripiēs substulit ad nidum. sed uento uehementius spirante nidus qui ex feno ac materia exili aridaqꝫ ꝯfectus erat : incendit᷑. aqlae pulli flammam sentientes : cum uolare adhuc nequirent : humi decidunt. uulpes ꝯfestim illos arripiens in aquilae cōspectum deuorat. Fabula significat quod qui amiciciā uiolant : q̄ꝫuis quos leserint ultionē declinēt dei suppliciū non tamen effugiunt.

## De Aquila et Coruo.

AQuila celsa ex rupe deuolās agnū ex omni grege arripuit : quā rem cum coruus conspicat᷑ : emulatione motus : uehementi cū strepitu ac stridore deuolat in arietē : atqꝫ ungues in arietis uellus ita īplicat : quod inde etiam motu alaꝝ se explicare non potest. Hunc pastor : cū ita implicitū uidet accurrens coruum cōpraehendit. atqꝫ alarum pennis incisis pueris suis pro ludibrio dedit. Veꝝ enim cum qspiā coruū rogaret : quaenam uolucris esset coruus : ait : prius equidem quo ad animum aquila fui : nunc

uero me coruũ esse certo cognosco. Fabula significat: quod qui supra uires quippiã audet hoc soluꝫ efficit: quod in aduersa saepius incidit: ac se uulgo ridiculum exibet.

## De Aquila et Scabrone.

Aquila leporem psequebatᷣ: at lepus auxilij inops: quẽ tempus obtulit scabrosẽ uidẽs ab eo auxiliũ iplorauit. cui scabro pollicitus est tutelã ac custodiã suã. deinde cũ aquilaꝫ ꝓpinquãtem scabro ꝯspicatᷣ: eã precatᷣ ne suũ sibi eripiat seruũ. at aquila scabronis paruitatẽ contemnens: eo corã leporeꝫ exedit. Veꝝ scabro suae iniuriae memor ubi Aqla nidificaret obseruat. Ecce aquila oua parit. scabro alis elatus: ad aquilae nidũ uolat: atqꝫ oua deuoluẽs humi deiicit. aquila iacturae ouoꝝ merore ꝯcita: euolat ad Iouem (est eniꝫ ales deo illi sacrata) ac locum ad pariendum sibi tutum dari precatur. Iupiter sibi concedit: ut cũ tempus adest eius in sinu pariat oua. Hoc scabro prouidens globum e stercore conficit: atqꝫ sursum euolans in Iouis sinum demisit. Iupiter uolens e sinu globum excutere: oua aquile simul excussit. et tunc aiunt aquilam nunquam parere: quo tẽpore scabrones existunt. Fabula significat: quod nullus porro est ꝯtemnendus: quoniam nemo est: qui iniuriam accipiat: quin cum tempus datur: se ulcisci non querat.

## De Philomena et Accipitre.

PHilomena : cũ alta quercu sederet : more suo sola canebat : eam accipiter cibũ queritẽs cũ intuet᷑ repente euolat : illãq; rapit : at philomena cũ se interitũ iri uidet : accipitrez precat᷑ : ut se missaz faciat /quoniã ad explendũ eius uentrẽ ipsa satis minime sit /sed ꝓ saturitate sua /ad maiores aues ut se uertat : opus ꝓfecto fore : eã accipitꝫ torue cõspiciens ait . stultus eqdez nimiũ essez : si quẽ manibus teneo cibũ : illuz dimitto : amplioris spe pastus . Fabula significat . quod qui omittũt id quod manu tenẽt rerum maiorum spe consilio inopes ac ratione nimiũ sunt .

## De Vulpe et Hircho .

VLpes et hirchus sitiẽtes in quẽdaz puteũ siti descenderũt . Veꝝ eniz post potũ /cũ egressuz circõspiceret hyrcus /uulpes ei comitꝫ ait /bono sis animo /naz qd saluti nostrae opus sit /ꝓbe aniaduerti . Si eniz rectus stabis /ac pedibus anterioribus cornibus ue muro adherebis / tuas ego scapulas cornuaq; conscendens /cum egressa puteum fuero /te manu comprachendens hinc desuper trabam . Huic caper prompte deseruiuit . uulpes suo exultans egressu /circa os putei capro aludebat . at dum caper illam incusat / sibi pacta haud seruasse / ei facete uulpecula inquit . Si ea caper sapientia praeditus esses/quo pilorum ornatu istec tua barba referta est / nõ prius in puteũ descendisses /quam egressum pensiculate uidisses .

Fabula ſignificat / quod homines conſilio prediti rerum finem prius inſpiciunt quam dent operam rebus gerendis.

## De Vulpe et Leone.

u Vlpes: quae nūq̄ꝫ uiderat leonē: cū illi forte obuiaſſet: eo ꝑtimuit: ut mortē pene obiret. Rurſuꝫ illuꝫ cū aſpexiſſet ꝑtimuit: ſed minime ut primū. eū tertio cū ītuet̄ prope accedēs fuit cauſa coram diſſerere. Fabula ſignificat quod reꝝ terribilia uſus et conſuetudo domeſtica facit.

## De Cato et Gallo.

c Atus cū galluꝫ cepiſſet: atq̄ꝫ cauſaꝫ quereret: qui cū comedere poſſet: illuꝫ criminari coepit quod eſſet animal turbulentū: qui noctu clamitando haud ꝑmitteret quieſcere mortales. gallus ſe excuſabat: quod id ageret ad eoꝝ utilitatē: cū ad opera facienda illos excitaret. Rurſum catus ait impius es ac ſupramodum ſceleſtus: qui agis continuo cōtra naturā: cū nec a matre: nec a ſororibus te abſtineas: ſed per incontinentiam cum illis te cōmiſceas. gallus item defendebat: quod domini ſui queſtus gratia id quoq̄ꝫ ageret / Enimuero ex huiuſmodi coitu gallinae pariunt oua. tunc inquit catus / excuſationibus licet abundes / ego tamen ieiunare haud intendo. Fabula ſignificat / quod qui prauus exiſtit natura cum ſemel delinquere animo propoſuit / quamuis cauſae deſit praetextus a prauitate tamen non deſiſtit.

De Vulpe sine cauda.

u Vlpes ut e laqueo euaderet: abscisa cauda cũ e [i]mpudore uitã sibi morté putaret: excogitauit alias dolo inducere uulpes: ut sub cõmunis cõmodi specie sibi singulae caudaꝫ abscinderét: et sic suũ dedecus leuaret. Itaqꝫ ad unũ uulpibus ꝯgregatis suadet. ut caudã sibi abscindant: differés: caudaꝫ nõ modo dedecori uulpibus esse: sed oneri graui atqꝫ inepto. e uulpibus una ei facete respõdit: heus soror si res ista tibi soli conducit: cũ non itideꝫ alijs ꝯsulere haud est aequũ. Haec fabula ad eos spectat: qui sub caritatis specie: suum cõmodum consulendo prospiciunt.

De Piscatore et Sinaryde Pisciculo.

p Iscator quod mari rete tetédit: eo sinaryda cepit pisciculuꝫ: quae parua adhuc aetate piscaroré orabat: ut dum grandis esset: atqꝫ maioreꝫ questũ ex ea assequi posset: eam uita donaret. huic piscator lepide respõdit: ego qdé méte careré: si quod minimũ mihi est lucrũ: id dimitteré amplioris spe questus. Fabula significat quod certa pro [in]certis: q̃ꝫuis [in] magna insit spes: stultum est dimittere.

De Vulpe et Rubo.

u Vlpes cũ sepé quãdã ascéderet: ut piculũ uitaret quod sibi eminere uidebat: rubũ manibus cõpraehédit: atqꝫ uolã sentibus ꝓfudit. et cũ grauiꝰ saucia foret: gemés inquit ad rubum: ut me

iuuares cuȝ ad te confugeriȝ tu deterius me perdidisti cui rubus / errasti uulpes ait / quae pari dolo me capere putasti / quo caetera capere consueuisti. Fabula significat. quod stultum est implorare auxiliũ ab illis quibus a natura datum est obesse potius quam allijs prodesse.

¶ De Vulpe et Crocodilo.

Vlpes / et crocodilus de nobilitate cõtẽdebãt. cũ crocodilus multa ꝓ se adduceret / ac supra modũ se iactaret de splendore ꝓgenitoꝝ suoꝝ Vulpes et surridens ait. heus amice / etsi hoc tu qdeȝ nõ dixeris ex tuo corio clare apparet / quod multis iã ãnis tuorum splendore fuisti denudatus. Fabula significat / quod homines mendaces res ipsa potissimũ refellit.

¶ De Vulpe et Venatoribus.

Vlpes uenatores effugiens ac ꝑ auia currẽdo iaȝ defessa hominẽ casu reperit lignariũ / quẽ rogat ut se quoquo loco abscondat. Ille tectoriũ sibi ostẽdit. Vulpes illud ingrediẽs in angulo quodaȝ se abscondit. Assunt uenatores lignariũ si uulpẽ uiderit rogant. lignarius uerbis qdem se uidisse negat: manu uero ubi uulpes latebat locum ostendit. Verumenim uenatores re haud percepta statim abeunt. uulpes ut illos abisse prospicit / tectorio egrediẽs tacita recedit / lignarius uulpem criminat᷑ / quod cum saluam fecerit / nihil sibi gratiaꝝ agat. tunc uulpes

se ꝯuertens illi facete ait. heus amice si manuū opera ac mores uerbo similes habuisses: meritas tibi psol- uerem gratias. Fabula significat: quod homo ne quam etsi bona pollicetur: mala tamen et improba praestat.

¶ De Gallis et Perdice.

GAllos q̄plures cū qs domi haberet: quā emerat perdicē illis cōpascere pmisit. Sed cū galli illaꝫ infestarēt: rostrisqꝫ percullerent: pdix ea iniuria uehemēter perdoluit: putans quia aduena nec eo genere esset: eas sibi inferri iniurias. Gallos deinde cuꝫ ad inuicem certātes ꝯspiceret: pdix amota animi pturbatione ait: de cetero eqdem haud tristabor posteaquā inter eos odiosa certamina cerno. Fabula significat: quod homines sapientia praediti moderato animo ferūt iniurias ab illis uel maxime sibi illatas: qui nec sibi nec suis parcere sciunt.

¶ De Vulpe et Larua.

VUlpes citharedi domū ingressa: duꝫ quae domi parata sunt: sagacitꝰ explorat: laruae caput reperit arte īdustriosa cōpositū. quod manibus capiēs ait. o quale sine cerebro caput. Fabula significat. quod nō oēs corpore decori eādē aīo habēt pulchritudinē.

¶ De Homine et Ligneo deo.

HOmo qdā deū ligneū domi habēs eū orauit:

ut boni quippiam sibi tribueret. sed quãto magis ora bat: eo res domi angustior erat. demum ille concitus ira deum cruribus capit: et caput parieti percutit illi excisso igitur capite multum auri exilijt. quod homo colligens ait. peruersus nimium es atq3 perfidus: q dum in honore te habui: nihil equidem profuisti per- cussus uero ac uerberatus boni plurimum contulisti. Fabula significat quod homo neq3 si quando prodest id efficit ui coactus.

¶ De Cane ad cenam uocato.

Vir quidã cũ cenam opiperem parasset: amicũ quedã domũ uocauit: eius quoq3 canis cane3 alterius ad cenã inuitauit. Is domũ igressus. cum tantum dapium uidet apparatu3: letus secũ ipse ait. Hodie porro ita me explebo: quod die crastino comedere non indigebo. Hisq3 dictis motu caude ap plaudit. Coquus uero eum conspiciens. tacitus per caudam capit: atq3 illum sepius rotans per fenestrã proicit. ille attonitus: homo assurgens: dum clamã do aufugit: caeteri canes sibi occurrunt: atq3 rogi- tant q̃3 opipere cenauerit. at ille languens ait: ita po tu ac dapibus me expleui: quod quam exiuerim uiam non uidi. Fabula significat. quod quibus rebus q doliturus est rebus illis letari non debet.

¶ De Aquila et Homine.

Aquilam homo quidã cũ cepisset pẽnis ala3 sibi euulsis inter Gallinas morari dimisit.

eam deinde quidam mercatus pēnis alas denuo mūit tum aquila uolans leporem capit: fertq3 illum benefactori suo. quam rem conspiciens uulpes homini ait noli hanc aquilam: sed uti prius hospitio habere: ne ceu leporem te eque uenetur. tum homo aquilae item poenas euulsit. Fabula significat. quod benefaciētes sunt quidem remunerandi. improbi uero omni studio uitandi.

## De Viro Agricola.

Homo quidam agricultor existens: cum finē uitae sibi adesse cognosceret: cuperetq3 filios in agrorum cultu fieri peritos: eos uocauit: atq3 inquit: Filij ego e uita docebo: bona mea in uinea consita sunt omnia. Illi post patris obitum putātes in uinea thesauru3 reperire: assumptis ligonibus marris ac bidentibus uineam funditus effodiunt. nullumq3 thesaurum inueniunt. Verumenim uinea cum probe effossa foret: longe plus solito fructus ꝑduxit: atq3 illos diuites fecit. Fabula significat. quod labor assiduus thesaurum parit.

## De Carbonario et Lotore.

Carbonarius Lotorē quendā rogauit: ut qua3 precio ꝯduxerat domū secū pariter cohabitaret. At Lotor rei alias expertus ait. Id cōducibile haud mihi esset. Na3 quae albificarem: ea omnia carbonū fauillis ipse maculares. Fabula significat. quod res natura dissimiles stare simul cōmode nō possunt.

## De Vulpe exuriente.

u Vlpes ingenti fame concita cum quodam in tectorio carnis fruſtrum ac panem repoſita proſpiceret: tectorium ipſum intrauit: atq; tantum comedit: quod ad ingentem tumorem uentrē diſtendit. et cum ex nimia uentris tumefactione inde egredi nequiret: tumens gemebat. Eius gemitū Vulpes alia tranſiens illac: cum audiret: illuc accedit rogatq; quia nam gemeret deinde cauſam gemitus edocta lepide ait. iſtic manendum eſt uſq; dum eo tenuis efficiaris: quanta eras cu; intraſti: nam eo pacto facile egredieris. Fabula ſignificat. quod nihil eſt tā durum/quod tempus non diſſoluat.

## De Piſcatore quodam.

p Iſcator quidā piſcādi inexptus/tibijs ac rete aſſūptis iuxta maris littus accedit/atq; ſaxo quodā ſup exiſtens: imprimis tubicenare coepit/putās cantu ſe piſces facile eſſe capturum. Veru; cantu cum nullu; conſequeret effectū/depoſitis tibijs rete in mari demittit/ac piſces coepit perplures. Sed cū ex rete piſces extraheret/atq; eos ſaltantes perſpiceret non inſulſe ait. o improba animalia/dū ad tibiā cecini/ſaltare noluiſtis/nunc quia canere ceſſo ſaltus datis aſſiduos. Fabula ſignificat quod omnia probe fiunt/que fiunt tempore ſuo.

## De Piſcatoribus quibuſdam.

p Iſcatores piſcatū ꝑfecti diuq; piſcādo defeſſi/

fame praeterea ac merore quod nihil cepissent cōfecti cum abire decernunt: ecce piscis quidaꝫ alium fugiēs se insequentem in nauiculam saltat: illū piscatores su pramoduꝫ leti cōpraehendunt: ac in urbē reuersi grā di precio uendunt. Fabula significat. quod frequē tius fortuna id exhibet: quod ars efficere non potest.

¶ De Viro inope et infirmo.

HOmo qdaꝫ pauper cū egrotaret: dijs uouit: qđ si eo morbo liberaret: boues cētū imolaret quod dij expiri uolētes sanitatē illi facile red dunt. liber igit a morbo cū boues: qa pauper nō ha beret ossa bouū centū collegit: eaqꝫ super altari depo nens lepide inquit. Ecce quod uoui uotum uobis nūc persoluo. At dij illū ulcisci uolentes: in somnis sibi assistunt: atqꝫ inquiunt. At maris littus pergito: ibi enim in loco semoto auri talenta centuꝫ reperies. Ille expergefactus somnij memor dū pergit ad litus: inci dit in latrones captus itaqꝫ eos rogabat/ ut se missuꝫ facerent/quoniam mille talenta auri persolueret eis. Fabula significat. quod homo mendax deos et homi nes pariter contemnit.

¶ De Vulpe et Pardo.

VUlpes cū pardo de pulchritudine ꝯtēdebant: cū uarias corporis notas pardus sibi duceret decori. uulpes ei comiter ait/ego qdē lōge for mosior sū iudicāda: quae nō corpus/sꝫ aimū uarijs no tis hēo notatū. Fabula significat. quod decor mētis

eſt potior omni corporis ornatu.

De Piſcatoribus quibuſdam.

PIſcatores quidã e mari recte trahebant: quod cuz graue eſſe ſentirent letitia geſtiunt: putantes multos piſces habere irretitos: ſed ut rete in terram traxerũt: piſces quidẽ paucos: ſaxũ uero ingens reti ineſſe cum perſpiciunt: longe triſtãtur. Quidam ex illis natu iaz grandis nõ inurbane ſocijs inquit. Animis eſtote quietis: quippe letitiae ſoror eſt moeſtitia: oportet enim caſus proſpicere futuros: illoſqz ut leuius quis ferat: perſuadere ſibi eſſe euenturos. Fabula ſignificat quod qui reminiſcitẽ ſortis humanae in aduerſis minime frangitur.

De Ranis Regem petentibus.

